Aspexi in terram, et ecce ✕ (z) inane: et nihil, et in cælum, et non erant luces ejus. 24. Vidi montes, et erant trementes, et omnes colles turbatos. 25. Inspexi, et ecce non erat homo, et omnes volucres cæli (a) expavebant. 26. Vidi, et ecce Carmelus desertus, et omnes urbes ✕ ejus: (b) incensæ igne a facie Domini, et a facie iræ furoris ejus + abolitæ erant: . 27. Hæc dicit Dominus: (c) Deserta erit omnis terra, consummationem vero non faciam. 28. Super his lugeat terra, et caliget cælum desuper; (d) quia locutus sum, et non me poenitebit: (e) tuli impetum, et non recedam ab ea. 29. A voce equitis, et (f) arcus intensi migravit omnis regio. Irreperunt in speluncas, + et in silvas se absconderunt: , et super ingentia saxa (g) ascenderunt: omnis urbs derelicta est, non habitat in eis homo. 30. Et tu ✕ misera: , quid facies? Si tibi circumdederis coccium, et te ornaveris ornamento auri, et si obliniveris (h) collyrio oculos tuos; in vanum (i) illud (k) decus tuum. Repulerunt te amatores tui: animam tuam quærent: 31. Quia vocem ut parturientis audivi, (l) gemitum tuum ut parientis primo. Vox filiæ Sionis refrigeret: et remittet manus suas. Væ mihi ego, quia defecit anima mea super interfectis.

Cap. V.—1. Currite, circumite in viis Jerusalem: videte ✕ igitur: , et cognoscite, et quærite in plateis ejus, si inveniatis virum, si sit faciens iudicium, et quærens (m) fidem: et propitius ero eis, dicit Dominus. 2. (n) Vivit Dominus, dicunt: propter hoc nonne super mendaciis jurant? 3. Domine, oculi tui (o) in fidem: flagellasti eos, et non doluit eis: consumsisti eos, et non voluerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas plus quam petram, et non voluerunt se convertere. 4. Et ego dixi: Fortasse inopes sunt, quia (p) non potuerunt: quoniam non cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei ✕ sui: 5. Ibo ad optimates, et loquar eis, quia ipsi cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei ✕ sui: Et ecce ✕ ipsi: simul confregerunt jugum, diruperunt vincula. 6. Propter hoc percussit eos leo ex silva, et lupus (q) usque ad domos delevit eos: et pardus vigilavit super civitates eorum. Omnes, qui egrediuntur ex eis, capiuntur; quia multiplicarunt impietates suas, invaluerunt D robore in aversionibus suis: 7. Propter quam ex his propitius flam tibi? Filii tui dereliquerunt me, et jurarunt in iis, + qui non sunt: , Dii: et satiavi eos, et adulterati sunt, et in domibus (r) me-

(d) A., S., in cornu. (e) A., tollite signum in Sionem. (f) A., S., extulit. (g) A., S., in corruptionem. (h) S., mens. (i) S., hæsitabant. (k) A., Th., pertigit. (l) Reliqui, dicitur. (m) A., ventus fulgoris + speculis in deserto. S., ventus æstus. (n) S., ita viam filiæ populi mei non ad ventilandum, neque ad purgandum. (o) Veniet. (p) A., et notum facientis. (q) A., ecce audire facite super Jerusalem bellum. S., custodes veniunt ex terra longinqua, et dabunt super urbes. (r) Reliqui, quia me exacerbarunt. (s) A., strepunt. S., conturbata sunt. (t) A., S., cornu. (u) A., S., ululatum. (x) A., S., vocata est. (y) A., Th., quoniam desipuit populus meus. (z) A., inanitas, et nihil. S., non composita et commista. (a) A., demigrarunt. (b) A., destructæ erant. (c) A., corruptio. S., non ornata. (d) A., Th., propter hoc quod locutus sum. (e) A., S., instructus sum, et non acquievi, et non revertar. (f) A., S., arcus jacti. (g) S., ascendistis. (h) STIBEL, stibio. (i) Factum est. (k) A., S., ornabis te. (l) A., periculum et angustiam. S., angustiam. (m) S., veritatem (n) S., si autem, vivit Dominus, dicant, super mendacio jurant. (o) A., annon in fide? S., annon in veritate? (p) A., Th., desipuerunt. (q) A., vespertini. (r) A., S., meretricis-

reticum hospitali sunt : 8. equi transeuntes super A
feminas ✕ tracti ; facti sunt : unusquisque super
uxorem proximi sui hinnivit. 9. Num super his non
visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non
ulciscetur anima mea? 10. Ascendite (s) super turres
ejus, et demolimini : consummationem vero ne faciatis : (t) relinquit sustenta-
cula ejus, quia (u) Domini sunt ; 11. quoniam prævaricans prævaricata
est in me domus Israelis, et domus Judæ, ✕ dicit
Dominus : 12. Mentiti sunt in Dominum + suum
;, et dixerunt : (x) Non sunt hæc, non venient super
nos mala, et gladium et famem non videbimus : 13.
prophetæ nostri erant in ventum, et verbum Domini
non erat in eis : sic flet eis. 14. Propter hoc
hæc dicit Dominus ✕ Deus : omnipotens : Pro eo
quod locuti estis verbum hoc, ecce ego dedi verba B
mea in os tuum ignem, et populum hunc ligna, et
devorabit eos. 15. Ecce ego adduco super vos gen-
tem ex longinquo, domus Israelis, dicit Dominus,
✕ gens (y) vetus est, gens, quæ a sæculo est ;
gens, (z) cujus non audies linguam ejus, ✕ nec audies,
quæ loquatur : 16. pharetra ejus, ut sepul-
crum apertum : omnes fortes, et comedent messem
vestram, 17. et panes vestros, et comedent filios
vestros, et filias vestras, et comedent (a) oves
vestras, et boves vestros, et comedent vineas vestras,
et ficeta vestra, et oliveta + vestra : (b) et trit-
urabunt urbes munitas vestras, super quibus (c)
tu confidis super eis, in gladio. 18. Et erit in diebus
illis, dicit Dominus + Deus tuus ;, non faciam
vos in consummationem. 19. Et erit, quando dixe- C
ritis, Quapropter fecit nobis Dominus Deus noster
hæc omnia? et dicite eis : (d) Pro eo quod dereliquisti
me, et coluisti servitium diis (e) alienis in terra
vestra ; ita coluisti servitium alienis in terra
non vestra. 20. Annuntiate hæc in Domum Jacobi,
et audiatur in domo Judæ, ✕ dicens : : 21. Audite
igitur hæc, popule (f) fatue, et sine corde : ✕ ipsi
: qui oculi eis, et non vident, aures eis, et non audiunt.
22. An me non timebitis, dicit Dominus? aut a facie
mea erubescetis? qui posuit arenam terminum mari,
(g) præceptum æternum, et non transgredietur illud :
et turbabitur et non poterit : et dabunt sonum fluctus
ejus, et non transgredientur illud. 23. Populo autem
huic factum est cor persuaderi nescium, (h) et non obediens :
deflexerunt, et abierunt ; 24. nec dixerunt in corde suo :
Timeamus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat + nobis
; pluviam tempestivam et serotinam, in tem-

pore (i) impletionis præcepti messis ; et custodivit
nobis. 25. Iniquitates vestræ deflexerunt hæc ; et
peccata vestra transtulerunt bona a vobis. 26.
Quia inventæ sunt in populo meo impietates : et
laqueos ✕ ut rete venantis visco statuerunt : ad
corrumpendum viros, et concluderunt. 27. Ut la-
queus tensus, qui plenus avium, ita domus eorum
plenæ (k) doli. Propter hoc magni evaserunt, et di-
tes evaserunt : 28. ✕ impinguati sunt, insolentes
facti ✕ sunt, et transgressi sunt (l) verba mea in
malum ;, judicium non judicarunt, neque judicium
pupilli recte disposuerunt, et judicium (m) viduæ
non judicant. 29. Num super his non visitabo?
dicit Dominus : aut in gentem talem non ulciscetur
anima mea? 30. (n) Stupor, et horribilia facta sunt
super terra. 31. Prophetæ prophetant (o) iniqua, et
sacerdotes applauserunt manibus suis : et populus
meus amavit sic. Et quid facietis in iis, quæ post hæc?

Cap. VI. — 1. Corroboramini, filii Benjamin. (p)
de medio Jerusalem : et in Thecua significate tuba
(q) et super Bethcherem tollite signum : quia mala
prospexerunt ab aquilone, et contritio magna fiet.
2. ✕ (r) Venustam et delicatam :. Et transibit cel-
situs + tua ;, filia Sionis. 3. In eam venient pas-
tores (s) et greges eorum : et figent super eam ta-
bernacula in circuitu : et pascent unusquisque manu
sua. 4. Parate vos super eam ad bellum : surgite,
et ascendamus super eam meridie : væ nobis, quia
declinavit dies, quia deficiunt umbræ (t) vespere.
5. Surgite, et ascendamus in nocte, et corrupimus
(u) fundamenta ejus. 6. Quia hæc dicit Domi-
nus virtutum : Cædite ligna ejus, effunde super Je-
rusalem (x) robur. ✕ Hæc : ipsa civitas mendax :
(y) omnis (z) oppressio in ea. 7. Ut frigidam facit
cisterna aquam suam, ita frigidam facit malitiam
suam. Impietas, et miseria audietur in ea
super faciem (a) ejus semper. Dolore et fla-
gello 8. erudieris, Jerusalem, ne recedat anima mea
a te, non faciam te terram non perviam, qualis non
habitabitur. 9. Quia hæc dicit Dominus virtutum :
Racemate, racemate, ut vineam, reliquias Israelis :
convertite vos, ut vindemiator super cistam suam.
10. Ad quem loquar, et contestabor, et audiet?
Ecce incircumcisæ aures eorum, et non possunt
audire. Ecce verbum Domini factum est eis in op-
probrium : Non volent audire illud. 11. (b) Et furo-
rem meum implevi, (c) et cohibui, et consumi eos.
Effundam super pueros a foris, et super congrega-
tionem (d) juvenum simul ; quia vir et uxor capien-

(s) A., super muros. (t) Portate comæatus. (u) A., non Domini, (x) A., non ipse. S., annon ipse est? (y) A., robusta. S., fortis. (z) Reliqui, cujus non cognosces. (a) A., S., gregem tuum et boves tuos. (b) Et sædabit. (c) Vos. (d) A., Th., quemadmodum. (e) Falsis. (f) S., stulte, et expers mentis. (g) A., statutum. (h) A., S., et irritans. (i) A., S., septimanæ statuti messis, qui custodit nobis, (k) A., illusionis. S., insidiarum. (l) Judicium. (m) A., S., pauperum. (n) A., corruptio. S., commisitio. (o) Falsa. (p) In medio. (q) A., et super domum Carmeli elevate facem. (r) S., venustæ et delicatæ assimilavi filiam Sionis. (s) A., S., et stabula eorum. (t) Diei. (u) A., S., palatia. (x) Aggerem. (y) S., ipsa, quæ tota plena est in medio suo. (z) S., oppressiones in medio ejus : ut sæ vat puteus aquam frigidam in se, ita servavit frigus, malitiam ejus audiverunt. (a) A., meam. (b) A., Th., furoris autem Domini. S., et ex ira Domini repleta est, laboravit tolerare. (c) A., fatigatus suum tolerare. S., fatigatus suum tolerans ego. (d) A., Th., concordatum,

tur, senior cum pleno dierum : 12. et evertentur, et capientur : domus eorum (e) ad alios, agri et uxores eorum pariter ; quia extendam manum meam super eos qui habitant in terra hac, dicit Dominus : 13. quoniam a parvo eorum usque ad magnum (f) omnes expleverunt iniqua : a propheta mendaci usque ad sacerdotem (g) omnes fecerunt mendacia. 14. Et curarunt fractionem ❧ filiae : populi mei, (h) contemnentem, et dicentes, Pax, pax : et ubi est pax ? 15. Erubuerunt, quia defecerunt ❧ fecerunt : et non erant sicut erubescerent, erubuerunt, et contemtionem suam non cognoverunt. Propter hoc cadent in ruina sua, et in tempore visitationis suae exinanientur, dicit Dominus. 16. Hæc dicit Dominus : State super viis, et videte, et interrogate de semitis æternis Domini + et videte : qualis est via quæ bona, et ambulate in ea ; et invenietis (i) puritatem animabus vestris. Et dixerunt : Non ibimus. 17. Constitui super vos speculatores : audite vocem (k) tubæ. Et dixerunt : Non audiemus. 18. Propter hoc audierunt gentes, (l) et qui pascent greges in eis. 19. Audi, terra : Ecce ego adduco mala super populum hunc, fructum (m) aversionis eorum, quia in sermonem meum non attenderunt, et legem meam repulerunt. 20. Cur ❧ hoc : mihi thus ex Saba affertis, et (n) cinanomum ex terra longinqua ? Holocausta vestra non sunt accepta, et sacrificia vestra (*) non voluptatem attulerunt mihi. 21. Propter hoc hæc dicit Dominus : Ecce ego do super populum hunc (o) infirmitatem : et infirmabuntur in ea patres, et filii simul : vicinus et proximus ejus peribunt. 22. Hæc dicit Dominus : Ecce populus venit ab aquilone : et gens magna ❧ et reges multi : excitabuntur ab extremitate terræ : 23. arcum, et (p) hastam tenebunt. (q). Durus est, et non miserebitur : vox ejus, ut mare fluctuans : super equis et curribus se instruet, ut (r) ignis, ad bellum adversus te, filia Sionis. 24. Audivimus famam eorum, dissolutæ sunt manus nostræ ; afflictio occupavit nos, dolores quasi parturientis. 25. Ne egrediamini in agrum, et in viis ne ambuletis ; quia gladius inimicorum habitat in circuitu. 26. Filia populi mei, accinge te cilicio, et voluta te in cinere : luctum (s) dilecti fac tibi, planctum gemebundum : quia repente veniet (t) miseria super vos. 27. Exploratorum dedi te in populis (u) incluis : et cognosces, cum probaveris viam eorum : 28. omnes (x) non obedientes, ambulantes perverse. Æs, et ferrum, omnes (y) corrupti sunt. 29. Defecit follis ab igne : defecit plumbum. In vanum (z) conflatur argentum

A argentum conflans : malitiæ eorum non (a) liquefactæ sunt, 30. Argentum reprobatum vocate eos ; quia reprobavit eos Dominus.

CAP. VII. — 1. ❧ Verbum, quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicente : 2. Sta in porta domus Domini, et lege ibi verbum hoc, et dices : Audite verbum Domini, omnis Judæa, ingredientiæ per portas has, ad adorandum Dominum : + Audite verbum Domini, omnis Judæa : 3. Hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis : Dirigite vias vestras, et studia vestra : (b) et habitare faciam vos in loco hoc. 4. Ne confidatis vobis super verbis mendacibus ; + quia omnino non proderunt vobis : cum dicitis : Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. 5. Quoniam (c) si dirigendo direxeritis vias vestras, et studia vestra, ❧ et si : faciendo feceritis iudicium inter virum, et inter proximum ejus, 6. et peregrinum, et pupillum, et viduam non (d) in servitutem redegeritis, et sanguinem innocentem non effuderitis in loco hoc, et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobis ; 7. etiam habitare faciam vos in loco (e) vestro, in terra, quam dedi patribus vestris a sæculo, et usque in sæculum. 8. (f) Si autem vos confiditis vobis super verbis mendacibus, unde non proficietis, 9. (g) et furamini, et occiditis, et mœchamini, et juratis in injusto, et adolevistis Baali, et ambulastis post deos alienos, quos non novistis, 10. + ut male sit vobis : et venistis, et stetitis coram me in domo ❧ hac : ubi invocatum est nomen meum super ea, et dixistis : (h) Recessimus ab agendo omnes abominaciones has. 11. Num spelunca latronum ❧ fuit : domus mea, ubi invocatum est nomen meum super ea + ibi : coram vobis ? Et ego ecce vidi, dicit Dominus. 12. (i) Quoniam ivistis in locum meum, qui in Silo, ubi collocavi nomen meum ibi (k) ex antiquo : et videte, quæ feci ei a facie malitiæ populi mei Israel. 13. Et nunc pro eo quod fecistis omnia opera hæc, ❧ dicit Dominus, et locutus sum ad vos, præveniens et dicens : et non audistis me, et vocavi vos, et non respondistis : 14. etiam faciam domui huic, ubi invocatum est nomen meum super ea, super qua vos confiditis super ea ; et loco, quem dedi vobis, et patribus vestris, ut feci Silo : 15. et projiciam vos a facie mea, ut projeci fratres vestros, omne semen Ephræm. 16. Et tu ne ores pro populo hoc, (l) neque supplices, ut sit misericordia eis : et ne ores, (m) neque appropinques mihi + pro eis : quia non exaudiam ❧ te : . 17. Aut nonne vides, quid ipsi

(e) A., alienos. (f) A., quicumque ipse defraudans. (g) S., quicumque faciens illusionem. (h) A., super contemtionem. S., cum mollitiæ. (i) Sanctitatem. A., respirationem. (k) S., cornu. (l) A., et cognoscite testimonium, quod est in eis. S., et innotescat congregatio in eis. (m) A., cogitationum. (n) A., S., calamus

bonus. (*) Textus Syr. habet, et sacrificia eorum, וְזִבְחֵיהֶם. Haud dubie lapsus est vel graphicus vel typographicus. Text. Græc., ὑμῶν. DRACH. (o) A., offendicula. (p) A., S., clypeum. (q) A., acerbus. (r) A., S., vir. (s) Sicut. (t) A., qui deportat super vos. (u) A., obvallatum a bello. (x) A., principes recedentes, euntes fraudulenter. (y) Reliqui, corruptores. (z) A., S., conflator. (a) S., exaruerunt. (b) A., et habitabo cum vobis. (c) A., si bene faciendo bene feceritis. (d) A., oppresseritis. (e) Hoc. (f) A., ecce vos. S., verum tamen vos. (g) A., fur, et occisor, et adulteri. (h) A., S., liberati fuimus. (i) A., quia ite. S., ite. (k) S., in principio. (l) A., et ne assumes pro eis precationem. (m) S., et ne stes coram me.

faciunt in urbibus Judæ, et in viis Jerusalem? **A** Filii Num, sed sed (*) vallis (a) occisorum: et sepelient in Thapheth, eo quod non sit locus: 33. et erunt mortui populi hujus cibus volucris cœli, et bestiis terræ: et non erit, qui obviam eat. 34. Et cessare faciam ex urbibus Judæ, et ex plateis Jerusalem (b) vocem lætantium, et vocem gaudentium, vocem sponsæ; quia in vastationem erit terra.

CAP. VIII. — 1. In tempore illo, dicit Dominus, efferent ossa regum Judæ, et ossa principum ejus, et ossa sacerdotum et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitant in Jerusalem, ex sepulcris eorum, **2.** et expandent ea (c) ad solem, + et ad lunam, et ad omnes stellas; et ad omnem militiam cœli, quæ amarunt, et quibus coluerunt servitium, et quos ambularunt post eos, et quibus (d) adhæserunt, et quæ adoraverunt ea. (e) Non plangentur, neque sepelientur: (f) in ludibrium super facie terræ erunt. **3.** Quia (g) elegerunt mortem, quam vitam. Et omnibus residuis, qui relictii fuerint ex generatione ✕ mala; illa, (h) in omni loco, ✕ iis, qui relictii fuerint; (i) quocumque expulsi eos illuc, ✕ dicit Dominus virtutum;. **4.** Et dices ✕ ad eos; quod hæc dicit Dominus: Num qui cecidit, non resurgit? **5.** aut qui discessit, non se convertet? Quare aversus est populus hic, ✕ et Jerusalem; aversione (k) inopportuna, et victi fuerunt in arbitrio suo, et non voluerunt se convertere? **6.** (l) Attendite nunc, et audite. Nonne sic loquuntur, non est homo, qui pœnitentiam agat a malitia sua, dicens: Quid feci? Cessavit currens a cursu suo, sicut equus (m) irruens (n) in hinnitu suo. **7.** Et (n) asida in cœlo cognovit tempus suum, turtur, (c) et hirundo, + aviculæ agri; custodierunt ✕ tempora; ingressuum suorum: populus autem meus non cognoverunt iudicia Domini. **8.** Quomodo dicitis: Quod sapientes sumus nos, et lex Domini est nobiscum? ✕ Propter hoc; in vanum factus est calamus mendax scribis. **9.** Erubuerunt sapientes, expaverunt, et capti sunt; quia verbum Domini reprobarunt. (p) Sapientia (q) quæ est in eis? **10.** Propter hoc dabo uxores eorum aliis, et agros eorum hæredibus: ✕ quia a parvo eorum et usque ad magnum eorum quicumque illudit fraude, **11.** et curarunt fractionem filiæ populi mei super ignominiam, dicentes, Pax, pax, et non

faciunt in urbibus Judæ, et in viis Jerusalem? **A** Filii Num, sed sed (*) vallis (a) occisorum: et sepelient in Thapheth, eo quod non sit locus: 33. et erunt mortui populi hujus cibus volucris cœli, et bestiis terræ: et non erit, qui obviam eat. 34. Et cessare faciam ex urbibus Judæ, et ex plateis Jerusalem (b) vocem lætantium, et vocem gaudentium, vocem sponsæ; quia in vastationem erit terra.

CAP. VIII. — 1. In tempore illo, dicit Dominus, efferent ossa regum Judæ, et ossa principum ejus, et ossa sacerdotum et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitant in Jerusalem, ex sepulcris eorum, **2.** et expandent ea (c) ad solem, + et ad lunam, et ad omnes stellas; et ad omnem militiam cœli, quæ amarunt, et quibus coluerunt servitium, et quos ambularunt post eos, et quibus (d) adhæserunt, et quæ adoraverunt ea. (e) Non plangentur, neque sepelientur: (f) in ludibrium super facie terræ erunt. **3.** Quia (g) elegerunt mortem, quam vitam. Et omnibus residuis, qui relictii fuerint ex generatione ✕ mala; illa, (h) in omni loco, ✕ iis, qui relictii fuerint; (i) quocumque expulsi eos illuc, ✕ dicit Dominus virtutum;. **4.** Et dices ✕ ad eos; quod hæc dicit Dominus: Num qui cecidit, non resurgit? **5.** aut qui discessit, non se convertet? Quare aversus est populus hic, ✕ et Jerusalem; aversione (k) inopportuna, et victi fuerunt in arbitrio suo, et non voluerunt se convertere? **6.** (l) Attendite nunc, et audite. Nonne sic loquuntur, non est homo, qui pœnitentiam agat a malitia sua, dicens: Quid feci? Cessavit currens a cursu suo, sicut equus (m) irruens (n) in hinnitu suo. **7.** Et (n) asida in cœlo cognovit tempus suum, turtur, (c) et hirundo, + aviculæ agri; custodierunt ✕ tempora; ingressuum suorum: populus autem meus non cognoverunt iudicia Domini. **8.** Quomodo dicitis: Quod sapientes sumus nos, et lex Domini est nobiscum? ✕ Propter hoc; in vanum factus est calamus mendax scribis. **9.** Erubuerunt sapientes, expaverunt, et capti sunt; quia verbum Domini reprobarunt. (p) Sapientia (q) quæ est in eis? **10.** Propter hoc dabo uxores eorum aliis, et agros eorum hæredibus: ✕ quia a parvo eorum et usque ad magnum eorum quicumque illudit fraude, **11.** et curarunt fractionem filiæ populi mei super ignominiam, dicentes, Pax, pax, et non

(n) S., deprecant. (o) Reliqui, reginæ cœli. Aliter, reginæ. (p) A., S., redundabit. (q) A., S., fructum. (r) Reliqui, inclinarunt. (s) A., S., cum prævenio et mitto. (t) S., cervicem suas, male fecerunt plus quam patres eorum. (u) S., tonde comam sanctam nazireatus tui, et disperge, et sume super rectitudinem lamentationem. (x) A., iræ suæ. S., cui iratus est. (y) A., S., in oculis meis. (z) A., S., excelsa Thaphethis. (*) Ita his in Syriaco textu. Quam iterationem non habent Hebr. et LXX nostri. DRACH. (a) A., S., mactationis. (b) A., vocem gaudii, et vocem lætantium. (c) A., in sole et in luna. (d) A., quæ quæsierunt. (e) A., non colligentur. (f) A., S., in finem. (g) A., Th., et eligetur mors plus, quam vita. (h) A., S., in omnibus locis. (i) A., S., quo dispersi eos. (k) A., S., litigiosa. (l) A., S., intuitus sum, et audivi. (m) A., effusus in bellum. (n) Verbum quod legitur in codice, מַרְיָא, non est Syriacum, sed Græcum τέττιξ, cicada. Pro tettis quod Latine edidit Norberg, reposuimus, tettix. DRACH.] et hirundo. (p) A., S., sapientia cuius eis. (q) Amplius.

est pax. 12. Erubuerunt, quia abominationem fecerunt, etiam erubescere non erubuerunt, etiam pudesceri non sciverunt : propter (*) cadent cum iis, qui cadunt, et in tempore visitationis suæ (r) infirmabuntur, dicit Dominus. 13. (s) Et congregabunt proventus eorum, dicit Dominus. Non sunt uvæ in vitibus, et non sunt in ficis ficus, et folia defluerunt, ✕ et dedi eis, et transierunt eos. 14. Super quid nos sedemus? Congregamini, et ingrediamur in urbes istas munitas, (t) et nos prosternamus ibi; quoniam ✕ Dominus; Deus projecit nos, et bibendam dedi nobis aquam fellis; quoniam peccavimus coram eo. 15. Congregati sumus ad pacem, et non fuerunt bonæ : ad tempus curationis, et ecce festinatio. 16. (u) Ex Dan audiemus vocem velocitatis equorum ejus : a voce hinnitus (x) equorum ejus commota est omnis terra : et veniet, et devorabit terram, et plenitudinem ejus, urbem, et habitantes in ea. 17. Quia ecce ego mitto in vos (y) serpentes mortiferos, quos non est incantare ✕ eos; et mordebunt vos, ✕ dicit Dominus; (z) 18. absque medicina cum dolore cordis vestri hæsitantis. 19. Ecce vox ✕ clamoris : filiaë populi mei ex terra longinqua. Num Dominus non est in Sione? aut rex non est (a) ibi? Quare irritaverunt me in sculptilibus suis, et in vanis alienis. 20. Circuivit (b) æstas, transiit (c) messis, et nos non servati sumus. 21. Super fractione filiaë populi mei fractus sum : occuparunt me caligationes, in ambiguitate prævaluerunt super me + dolores ut parientis. 22. Num resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? Quare non ascendit (d) sanatio filiaë populi mei?

CAP. IX. — 1. Quis dabit (e) capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrimarum? et defleam + populum hunc : die et nocte, occisos filiaë populi mei. 2. Quis det viui in deserto (f) habitaculum ultimum, et relinquam populum meum, et recedam ab eis? Quia omnes mœchantur : cœtus prævaricatorum : 3. et intenderunt linguam suam ut arcum, (g) mendacium, et non fides invaluit super terra : quia a malis in mala egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Dominus. 4. Unusquisque a proximo suo cavete, et super ✕ omnibus : fratribus vestris ne confidatis; quia omnis frater supplantando supplantabit, et omnis amicus dolose incedet : 5. unusquisque in fratrem suum (h) illudet : veritatem non

loquentur. (i) Didicit lingua eorum loqui mendacia : (k) injuste egerunt, et non cessarunt, ut se converterent. 6. Usura super usura, dolus super dolo, non voluerunt cognoscere me, dicit Dominus. 7. Et propter hoc hæc dicit Dominus (l) virtutum : Ecce ego explorabo eos, et probabo eos. Quia ✕ quomodo : faciam ab ante faciem ✕ malitiaë : filiaë populi mei? 8. Sagitta lacerans lingua eorum; dolosa verba oris eorum : pacifica proximo suo loquitur, et in eo est ei (m) inimicitia. 9. Num super his non visitabo, dicit Dominus? aut in populum talem non ulciscetur anima mea? 10. Super montes (n) sumite planctum, (o) et canticum (lugubrem), et super semitas deserti lamentationem, quia (p) defecerunt, eo quod non sint homines ✕ transcentes. Non audiverunt vocem (q) substantiaë : a volucribus cœli, et usque ad jumenta (r) obstupuerunt, abierunt. 11. Et dabo Jerusalem in transmigrationem, et (s) in habitacula draconum : et urbes Judæ ponam in exitium, (t) eo quod non habitentur. 12. Quis homo (u) sapiens, et intelligat hoc? et cui sermo oris Domini ad eum, annuntiet vobis, quare periiit terra, accensa est, ut desertum, eo quod non transeat in ea? 13. Et dixit Dominus + ad me; Propter id quod dereliquerunt legem meam, quam dedi ante faciem eorum, et non audiverunt vocem meam, (x) et ambularunt ✕ (y) in ea; 14. et ivērunt post eā, quæ placuerunt cordi eorum + malo, et post (z) idola, quæ docuerunt eos patres eorum. 15. Propter hoc hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis : Ecce ego cibabo eos ✕ populum hunc : angustis, et bibendam dabo eis aquam (a) fellis : 16. et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi, et patres eorum : et mittam super eos gladium, donec consumam eos in eo. 17. Hæc dicit Dominus ✕ virtutum : Intelligite, et vocate lamentatrices, et veniant : et ad (mulieres) sapientes mittite, (c) et loquantur : 18. ✕ et festinent; et sumant super vos lamentationem : et demittant oculi vestri lacrimas, et palpebræ vestræ fluant aqua; 19. quia vox (d) gemitus audita est in Sione : Quomodo (e) miseri facti sumus, erubuimus valde, quia dereliquimus terram, (f) et projecit tabernacula nostra? 20. Audite nunc, mulieres, verbum Dei, et capiant aures vestræ verba oris ejus : et docete filias vestras gemitum, et mulier proximam suam lamentationem. 21. Quia ascendit mors per fenestras ve-

(*) Vox נָתַן, hoc, post propter, omissum videtur in codice. Norberg. (r) A., impingent. S., rei flent. (s) A., consumptione consumam eos. (t) A., S., et quiescamus ibi, quia Dominus Deus noster s'lere fecit nos. (u) A., Ex Dan audietur concitatus cursus equorum ejus. (x) A., S., fortium ejus. (y) A., serpentes speculantes. S., malos. (z) A., lætitia mea super me dolor : super me cor meum insanum. S., illudere mihi dolor super me, cor meum pressum. Th., quia non est contumelia super me, cor meum insanum. (a) Reliqui, in ea. (b) A., S., messis. (c) A., S., fructus. (d) A., S., cicatrix. (e) A., Th., caput meum. (f) A., diversorium viatorum. (g) S., in mendacio, et non in veritate. (h) A., Th., decipit. (i) A., Th., docuerunt linguam suam. (k) Ad injuste agendum indicarunt amorem laboris. Sedes tua in medio doli : in dolo. (l) A., exercituum. (m) A., S., insidias. (n) A., S., attollam. (o) A., fletum. (p) S., ut non comprehensibiles facti sint. (q) A., possessio. (r) A., migrarunt. (s) A., in tumultus, habitaculum sirenum. (t) A., quod non sit habitator. (u) Intelligens. (x) A., et non ambulat. Th., neque. (y) In lege mea. (z) A., S., Baal. (a) A., absinthii. S., Th., amaritudinis. (c) A., et veniant. (d) S., cantici luctus. (e) Spoliati sumus. (f) Et abjecimus.

stras, ingressa est (g) in terram vestram ad per-
dendum parvulos a foris, et Juvenes de plateis ✕
morte. 22. Hæc dicit Dominus : (h) Et erunt mor-
tui hominum ludibrium super facie campi + terræ-
estræ ;, et ut foenum post messorum, et non erit, qui
congregat. 23. Hæc dicit Dominus : Non gloriatur
sapiens in sapientia sua, et non gloriatur fortis in
fortitudine sua, et non gloriatur dives in divitiis
suis : 24. sed in hoc gloriatur qui gloriatur, intelli-
gere, et nosse me, quod ego sum Dominus qui facit
misericordiam, et iudicium, et iustitiam super terra;
quia in his voluntas mea, dicit Dominus. 25. Ecce dies
veniunt, dicit Dominus, et visitabo (i) super omnes
circumcisos præputiis suis : 26. super Ægyptum,
et super Judæam, et super Idumæam, et super filios
Ammon, + et super filios : Moab, et super om-
nem tondentem quæ super faciem suam, qui habi-
tant in deserto ; quia omnes gentes (k) non circumcisæ
+ carne ;, et omnis domus Israelis (l) non cir-
cumcisi corde suo.

Cap. X.—1. Audite verbum, quod locutus est Do-
minus super vos, domus Israelis. 2. Hæc dicit Do-
minus : Juxta vias gentium ne discatis, et a signis
cœli ne metuatis (m) ; quia metuunt ab eis facies
eorum ; 3. quia legitima gentium vana sunt. Li-
gnum, quod ex silva cæsum, opus ✕ manuum ;
fabri lignarii, et conflatio, 4. argento, et auro de-
corata sunt : laminis ferreis et malleis firmarunt
ea, et non movebuntur : 9. (n) argentum (o) tractum
sunt, non ibunt : + argentum disruptum ex Thar-
sis : veniet aurum (p) Mophaz : et manus conflan-
tium aurum : opera artificum omnia : hyacintho
et purpura induent ea : 5. portando portabuntur,
quia non incedent. Ne timeatis ea, quia non male-
facient, et honum non sunt. 6. ✕ Unde (q) sicut
tu, Domine, magnus es tu, et magnum nomen tuum
in potentia. 7. Quis non timebit te, rex gentium,
quia tibi est (r) conveniens adorare ; quia in omni-
bus sapientibus gentium, (s) et in omnibus regibus
eorum unde sicut tu, Domine ? 8. (t) et in uno tem-
pore incendentur, et infirmabuntur, (u) cor vano-
rum lignum est : 9. argentum productum, quod ex
Tharsis venit, et aurum (x) ex Uphaz, opera fabri,
et manuum conflantis aurum, hyacinthus et pur-
pura vestimentum eorum, opus sapientium omnia :
10. Dominus autem Deus verus est, Deus vivens,
et rex æternus : a furore ejus contremiscit terra, et
non sustinebunt gentes iram ejus ;. 11. Sic dice-

tis : dii, qui cœlum et terram non fecerunt, per-
eant ex terra, et ex sub cœlo hoc. 12. Dominus,
qui fecit terram in robore suo, qui (y) rectum fecit
orbem in sapientia sua, et in subtili intelligentia
sua extendit cœlum, 13. ✕ et qui (z) in vocem
dat ; multitudinem aquæ in cœlo : et eduxit nubes
ab extremo terræ : fulgura pluvie fecit, et eduxit
ventos ex thesauris suis. 14. Insanivit omnis homo
a scientia : erubuit omnis conflans aurum super
sculptilibus eorum, quia falsa conflarunt : non est
spiritus in eis. 15. Vana sunt opera, (a) infixa : in
tempore visitationis suæ peribunt. 16. Non est in-
star hujus pars Jacobo, quoniam qui formavit omnia,
ipse ✕ est (b) et Israel : (c) virga hæreditatis
ejus : Dominus virtutum nomen (d) ei. 17. (e) Con-
gregavit a foris substantiam tuam, (f) quæ habitat
in electis. 18. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego
(g) projiciam eos qui habitant in terra hac in af-
flictione, et affligam eos, ut (h) inveniantur. 19. (i)
Væ super fractione tua : dolore affecta est plaga
tua. Etiam ego dixi, Vere hoc vulnus meum, (k) et
apprehendit me. 20. Tabernaculum meum (l) mise-
rum factum est, + perit ;, et omnia aulæa mea
discissa sunt. Filii mei, et oves meæ non sunt : (m)
non est locus amplius tabernaculi mei, locus au-
læorum meorum. 21. Quia desipuerunt pastores, et
Dominum non quæsierunt. Propter hoc non intel-
lexit omne pascuum : et dispersi sunt. 22. Vox
rumoris ecce venit, et commotio magna ex terra
aquilonis, ad ponendum urbes Judæ in exitium, +
et ; in cubile (n) struthiocamelorum. 23. Scio, Do-
mine, quod non hominis via ejus, (o) neque vir
ibit (p), et diriget ✕ iter suum :. 24. Castiga nos,
Domine, verumtamen in iudicio, et non in furore
tuo ; quia non paucos facies nos : 25. effunde fu-
rorem tuum super gentes illas, quæ non cognos-
cunt te, et super (q) generationes illas, quæ nomen
tuum non invocaverunt ; quia comederunt Jacob, et
pessum dederunt eum, ✕ et consumserunt eum ;,
et (r) pascua eorum vastarunt.

Cap. XI.—1. Verbum, quod factum est ad Jere-
miam a Domino, dicens : 2. Audite verba fœderis
hujus : et loqueris ad viros Judæ, et ad eos qui
habitant in Jerusalem, 3. et dices ad eos : Hæc di-
cit Dominus Deus Israelis : Maledictus homo, qui
non audiet verba fœderis hujus, 4. Quod præcepi
patribus vestris in die, quod eduxi eos ex terra Æ-
gypti, ex fornace ferri, dicente me : Audite vo-

(g) A., in palatia vestra. (h) Reliqui, et cadent. (i) S., super omnes per manum per manum (i. e. sigillatim s. paulatim), qui sunt in præputio. (k) A., præputiata. (l) A., præputiati in corde. (m) A., expavescent gentes ab eis. (n) A., ut palma. S., rupes (*). (o) A., extensa sunt, et non loquentur. S., et extracta sunt, et non loquentur. Th., infixa sunt. (p) Ophiri. (q) A., qui similis tibi. (r) A., decens. (s) Et in omnibus regnis. (t) A., et uno tempore fient sine intelligentia, et sine ingenio. S., simul autem stulti videbuntur et desipientes. (u) A., eruditio. (x) Ex Ophir. (y) A., stabiliens. S., qui confirmat. (z) A., in vocem dedit eis multitudinem aquæ. (a) A., derisionum. (b) Hæreditas ejus. (c) A., virga hæreditatis ejus : Dominus exercituum. ΣΚΗΤΡΟΝ. (d) Deus. (e) A., S., congrega. (f) A., quæ habitat in munimento. S., in oppido. (g) A., funda projiciam. (h) A., Th., et perferam eam. (i) A., direptum est, et omnes paxilli dispersi sunt, filii mei exierunt, et non sunt. (m) A., non est, qui extendit amplius tentorium meum, et erigit aulæa mea. (n) A., S., sirenum. Th., draconum. (o) S., neque viri ambulare, et dirigat gressus suos. (p) Recte. (q) Regnum. (r) A., decus ejus depraverunt.

(*) [Huc translata sunt ista a versu 9 seq. DRACH.]

cem meam, et facite secundum omnia, quæ præce-
pero vobis, et eritis mihi in populum, et ego ero
vobis in Deum : 5. ut statuam juramentum meum,
quod juravi patribus vestris, ad dandum eis terram
manantem lacte et melle, sicut dies hic. Et respon-
di, et dixi : (s) Fiat, Domine. 6. Et dixit Dominus
ad me : (t) Lege ✕ omnia ; verba hæc in urbibus
Judæ, et (u) foris Jerusalem, dicens : Audite verba
(x) fœderis hujus, ✕ et facite ea : 7. Quia con-
testando ✕ contestatus sum patribus vestris in
die, quo eduxi eos ex terra Ægypti, et usque ad
diem hunc, præveniens et contestans, et dicens :
Audite vocem meam. 8. Et non audiverunt, (y) et
deflexerunt aurem suam, et abierunt vir (z) in re-
ctitudine cordis sui mali : et adduxi super eos om-
nes sermones fœderis hujus, quod præcepi, ut fa-
cerent, et non fecerunt : 9. Et dixit Dominus ad
me : Inventa est (a) colligatio in viris Judæ, et in
iis qui habitant in Jerusalem : 10. reversi sunt su-
per iniquitates patrum suorum priorum, qui non
vulnerunt audire verba mea : et ecce ipsi (b) abeunt
post deos alienos, ad colendum servitium eis. Et
irritum fecerunt domus Israelis, et domus Judæ
fœdus meum, (c) quod constitui ad patres eorum.
11. Propter hoc hæc dicit Dominus : Ecce ego in-
duco super eos mala, ex quibus non poterunt exire
ex eis : (d) et clamabunt ad me, et non exaudiam
eos, 12. et ibunt urbes Judæ, et ii qui habitant in
Jerusalem, et clamabunt ad deos, quibus ipsi ado-
lent eis, ✕ et salvando ; non salvabunt eos in
tempore malorum eorum. 13. Quia juxta numerum
urbium tuarum erant dii tui, Juda, et juxta nume-
rum (e) exituum Jerusalem posuistis (f) excelsa ✕
pudori altaria : ad adolendum Baali. 14. Et tu ne
ores pro populo hoc, neque (g) supplices pro eis in
petitione et oratione, quia non exaudiam in tem-
pore, quo invocant me, in tempore humilitatis suæ.
15. (h) Quare dilecta in domo mea fecit abomina-
tionem ? Num vota et caro sancta auferent a te ma-
litas tuas, aut per hæc effugies ? 16. Oleam decu-
ram, bene umbrosam aspectu vocavit Dominus no-
men tuum, (i) in vocem amputationis ejus : (k)
magna afflictio super te : (l) kadam ramos ejus : 17.
et Dominus potens, qui plantavit te, locutus est su-

per te mala, pro malitia domus Israelis, et domus
Judæ, (m) quia fecerunt illi sibi ad irritandum me,
adolentes Baali. 18. Domine, notum fac mihi, et
sciam. Tunc vidi studia eorum. 19. Ego quasi (n)
agnus innocens, ductus ad immolandum, non co-
gnosebam : ✕ quia : super me cogitarunt cogita-
tionem, dicentes : Venite, et (o) mittamus lignum
in panem ejus, et perdamus eum ex terra viventium,
et nomen ejus non memorabitur amplius. 20. Do-
mine virtutum, judicans justa, (p) probans renes et
corda, videam ultionem quæ a te in eis, quia ad te
revelavi (q) jus meum. 21. Propter hoc hæc dicit
Dominus super viros Anathoth, qui quærunt ani-
mam tuam, dicentes : Non prophetabis super no-
mine Domini, et si vero non, morieris in manibus
nostris. 22. ✕ Propter hoc : hæc + dicit Do-
minus (r) virtutum : Ecce ego visitabo super eos :
juvenes eorum morientur in gladio, et filii eorum,
et filia eorum consumentur in fame : 23. et resi-
duum non erit eorum ; quia adducam mala super
eos qui habitant in Anathoth in anno visitationis
eorum.

Cap. XII. — 1. (s) Justus es, Domine ; quia profe-
ram spiritum (i. e. *contendam*) ad te : verumtamen
judicia loquar ad te. Quare via impiorum prospera-
tur ? ebulliverunt omnes, qui prævaricantur præva-
ricationes ? 2. Plantasti eos, et confirmata est ra-
dix eorum : (t) genuerunt filios, et fecerunt fruc-
tum. Propinquus tu ori eorum, remotus tu autem a
renibus eorum. 3. Et tu, Domine, (u) cognoscis me,
novisti me, ✕ et : probasti cor meum coram te :
✕ congrega eos ut oves ad mactationem, et : (x)
purifica eos in diem mactationis eorum. 4. Usque
quo lugebit terra, et herba omnis agri siccabitur a
malitia eorum qui habitant in ea ? Corrupta sunt ju-
menta, et volatilia, quia dixerunt : Non videbit
Deus (y) vias nostras. 5. (z) Pedes tui currunt, et
remissum reddunt te : quomodo præparaberis su-
per equis, et in terra pacis confidens tu ? quomodo
facies (a) in superbia Jordanis ? 6. Quia etiam fra-
tres tui, et domus patris tui, etiam ipsi perfide ego-
runt tecum, et ipsi clamarunt : a tergo tuo congre-
gati sunt ~ super te : ne credas eis ; quia loquen-
tur ad te bona. 7. Reliqui domum meam, dimisi

(s) Heb., amen. A., vere. (t) S., prædica. (u) A., Th., in exitibus. (x) A., S., pacti hujus. (y) A., et non inclinarunt. (z) A., in perversitate. S., in beneplacito. (a) A., prævaricatio. S., juramenta invicem. (b) Ambulantes. (c) A., quod excidi. (d) A., S., et vociferabuntur. (e) S., platearum. (f) A., S., altaria. (g) S., leves tu pro eis precationem, neque ores. (h) A., quare dilecto meo in domo mea ad faciendum cogitata multa, et carnem sanctam amovi a te, quia malitiæ, quia tunc exsultabis. (i) S., ad vocem multitudinis grandis. (k) Arsit ignis super eam. (l) A., S., infirmati sunt. (m) A., S., hi. (n) S., agnus pacificus, qui ducitur ad jugulationem. A., adsuetus. (o) S., corrumpamus ligno panem ejus, et decemus eum. (p) S., investigans. (q) A., S., judicium meum. (r), A., exercituum. (s) A., justus tu, Domine, quando judicio contendam adversus te. S., plus justus tu, Domine, si loquar ego adversus te ; verumtamen judicia loquar coram te. (t) A., iverunt. S., se extendentes faciunt fructum. (u) A., S., cognovisti me. (x) A., Th., sanctifica. S., discerne. (y) A., S., novissima nostra. (z) A., quia cum pedibus cucurreris, et fatigarunt te, et quomodo implicabis te cum equitibus intelligentibus. S., si cum pedibus dum currebas, defatigatus es, quomodo contendes cum equis, et in terra pacifica es sine sollicitudine ? (a) A., in elatione. S., quomodo visitabis in robore Jordanis ? quia adhuc et fratres tui, et domus patris tui rursus etiam ipsi ad expectandum te, quoque illi clamarunt post te, additi sunt : ne credas eis, si loquantur ad te bona.

hæreditatem meam : dedi (b) animam meam dilectam in manus inimicorum ejus. 8. Facta est mihi hæreditas mea ut leo in silva, dedit super me vocem suam : propter hoc odi eam. 9. Nonne spelunca hyænx hæreditas mea mihi? aut spelunca in circuitu ejus super eam? Ite, congregate omnes bestias agri, et veniant ad comedendum eam. 10. Pastores multi corruerunt vineam meam, (c) polluerunt (d) partem meam, dederunt portionem desiderabilem meam in desertum non pervium. 11. Posita est in corruptionem (e) perditionis. Propter me eversa est pernicie tota terra, quia non est vir, qui ponat in corde suo. 12. Super omnem exitum in deserto venerunt (f) ii qui vexant : quia gladius Domini comedet a (g) principio terræ usque ad principium terræ : non est pax omni carni. 13. Seminastis triticum, et spinas messuistis : (h) sortes (i) eorum non proderunt eis. Erubescite a (k) gloriatio vestra, (l) ab opprobrio coram Domino. 14. Quia hæc dicit Dominus de omnibus vicinis malis, qui tangunt hæreditatem meam, quam (m) distribui populo meo ✕ Israel : : Ecce ego (n) evellam eos ex terra eorum, et domum Judæ ejiciam ex medio eorum. 15. Et erit, postquam (o) ejecero eos, revertar (p) et miserebor eorum, (q) et habitare faciam eos unumquemque in hæreditatem suam, et unumquemque in terram suam. 16. Et erit, si (r) discendo didicerint viam populi mei ad dicendum in nomine meo, vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum ad dicendum in Baal, etiam habitabunt in medio populi mei. 17. Si autem non (s) se converterint, et tollam illam gentem sublatione, et perditione, ✕ dicit Dominus :

Cap. XIII.— 1. Hæc dicit Dominus ✕ ad me : Vade, et posside tibi pallium lini, et pone illud super latus tuum, et per aquam non transibit. 2. Et possedi pallium juxta verbum Domini, et posui illud super latus meum. 3. Et factum est verbum Domini ad me ✕ repetitionis (i. e., iterum) : , dicens : 4. Sume pallium, ✕ quod possedisti : , quod super latus tuum, et surge, et vade ad Euphratem, et absconde illud ibi in foramine petrae. 5. Et ivi, et abscondidi illud in Euphrate, sicut præceperat Dominus mihi. 6. Et factum est post dies multos, et dixit Dominus ad me : Surge, vade ad Euphratem, et sume inde pallium, quod præcepi tibi, ut absconderes ibi. 7. Et abii ad Euphratem, et effodi, et sumsi pallium ex loco, quo (t) obrui illud ibi. Et ecce corruptum erat

✕ pallium : illud, (u) ut non aptum esset ne quidem ad aliquid. 8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Hæc dicit Dominus : 9. Sic corruptam (x) contumeliam Judæ, et (x) contumeliam Jerusalem 10. multam, ✕ populum hunc malum : , eos, qui non querunt obedire verbis meis, ✕ (y) qui ambulat in rectitudine cordis ✕ sui mali : , et ambulat post deos alienos, ad colendum servitium eis, et ad adorandum eos : et erunt ut pallium hoc, quod non aptum erit ne quidem ad aliquid. 11. Quoniam sicut agglutinatum est pallium (z) ad latus hominis, ita agglutinavi ad me ✕ omnem domum Israelis : , et omnem domum Judæ, ✕ dicit Dominus : , ut esset mihi in populum nominatum, et in gloriationem, et in gloriam, et non exaudiverunt me. 12. Et dices ad populum verbum ✕ hoc : : Hæc dicit Dominus ✕ Deus Israelis : : (a) Omnis uter implebitur vino. Et erit, si dixerint ad te : Nonne cognoscendo non cognoscimus, quod omnis uter implebitur vino? 13. Etiam dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Ecce ego repleturus sum omnes illos qui habitant in terra hac, et reges sedentes filios Davidis super throno + ejus : , et sacerdotes, et prophetas, + et Judam : , et omnes illos qui habitant in Jerusalem ebrietate : 14. Et dispergam eos, virum, (b) et fratrem ejus, et patres eorum, et filios eorum simul. Dicit Dominus : (c) Non concupiscam, et non parcam, et non miserebor a perditione eorum. 15. Audite, et auscultate, et non vos efferatis, quia Dominus locutus est. 16. Date Domino Deo nostro gloriam, antequam antequam (*) tenebrescat, et antequam offendant pedes vestri (d) super montes tenebrosos. Et expectabitis in lucem, (e) et ibi umbra mortis : et poentur in tenebris. 17. Si autem non audieritis ✕ hoc : , (f) latenter flebit anima vestra coram facie (g) contumeliæ, ✕ et lacrimando lacrimabitur : , et deducunt oculi vestri lacrimas : quia confractus est grex Domini. 18. Dicite regi, et (h) potentibus : Humiliamini, et sedete : quia sublata est de capite vestro corona gloriæ vestræ. 19. (i) Urbes, quæ ad austrum, inclusæ sunt, et non erat, qui aperiat. Transmigravit Juda, perfecit transmigrationem (k) retributionis. 20. Leva oculos tuos, + Jerusalem : , et vide venientes ab aquilone. D Ubi est grex, qui datus est tibi, oves (l) gloriæ tuæ? 21. Quid dices, cum (m) visitaverint te? Et tu docuisti eos (n) contra te doctrinas (o) in principium? Nonne dolores comprehendent te, ut mulierem pa-

(b) A., S., dilecta animæ meæ. (c) Conculcaverunt. (d) Hæreditatem meam. (e) A., S., luxit contra me. (f) A., prædones. S., corruptores. (g) Extremo. (h) A., datæ sunt eis sortes, et non proderunt. S., et hæreditabit non fidelia. (i) Vestræ. (k) A., proventibus vestris. (l) Reliqui, ab ira furoris Domini. (m) A., S., quam dedi sortes. (n) A., S., excerpam. (o) A., S., excerpsero. (p) A., S., et gratiam faciam eis. (q) A., et restituam. (r) MAΘONTEΣ MAΘΩΣIN, discentes didicerint. (s) A., S., audierint. (t) Quod abscondi. (u) A., non prosperabatur ne quidem ad aliquid. (x) A., superbiam. (y) S., qui præcincti incedunt in beneplacito cordis sui, eos, qui adhærescunt diis mendacibus. (z) A., lumbi viri. (c) A., omnis hydria et omnis laguncula. S., omnis crater. (b) A., ad. (c) S., non miserebor. (*) Sic iteratur in textu Syr. DRACH. (d) A., super montes nocturnos. (e) A., et ponet eam in umbram mortis. (f) A., in tenebris. (g) A., superbix. (h) A., dominatrici. S., dominæ. (i) S., urbes meridiei clausæ sunt. (k) Perfectam. (l) S., celebratæ tuæ. (m) S., examinaverit te; tu enim docuisti (n) S., illa super se adsuefecit principatum. (o) A., in caput.

rientem? 22. Et si dixeris in corde tuo: Quare occurrerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ detecta sunt (p) posteriora tua, ut illudantur calcanei tui. 23. Si mutabit Æthiops pellem suam, et pardus varietates suas, etiam vos poteritis bene facere, cum didiceritis mala. 24. (q) Et disseminavi (r) eos, ut stipulas, quæ feruntur a vento in desertum. 25. Hæc sors tua, pars ejus, quod (s) rebellabis adversus me, dicit Dominus. (t) Quia oblita es mei, et sperasti super mendaciis, 26. etiam ego detegam (u) posteriora tua super faciem tuam, et videbitur ignominia tua, 27. adulterium, et homicidium tuus, et (x) alienatio fornicationis tuæ. Super collibus, et in agris vidi abominationes tuas. Væ tibi, Jerusalem; (y) quia non mundata es post me usquequo adhuc.

1. Cap. XIV.—1. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam de ✕ verbis: prohibitionis pluviae. 2. Luxit Judæa, et portæ ejus (z) vacuæ factæ sunt, et obtenebratæ sunt super terra: et clamor Jerusalem ascendit. 3. (a) Et magnates (b) ejus miserunt juniores suos post aquam: venerunt (c) super puteos, et non invenerunt aquam, reportarunt lagenas suas vacuas, ✕ erubuerunt, et pudore affecti sunt, et operuerunt caput suum: 4. (d) Et opera terræ defecerunt, quia non erat pluvia ✕ super terra. Erubuerunt agricolæ, operuerunt caput suum. 5. Et cervæ in agro pepererunt, et reliquerunt; quia non erat herba: 6. Onagri steterunt (e) super juga, attraxerunt ventum, ✕ ut draco: defecerunt oculi eorum, quia non erat scænum ab iniquitate populi. 7. Si peccata nostra steterunt contra nos, Domine, fac propter nomen tuum, quia multa (f) peccata nostra + coram te: tibi peccavimus. 8. (g) Expectatio Israelis, Domine, et salvabis in tempore malorum. Quare factus es, ut advena super terra, et ut (h) indigena divertens ad diversorium? 9. (i) Non eris, ut homo dormiens, (k) et ut vir, qui non potest salvare. Et tu in nobis es, Domine, et nomen tuum super nos invocatum est: (l) ne obliviscaris nostri. 10. Sic dicit Dominus populo huic: ✕ Ita: dilexerunt movere pedes suos, et non pepercerunt, et Deus non sibi complacuit in eis: nunc recordabitur iniquitatum eorum, ✕ et visitabit peccata eorum: 11. Et dixit Dominus ad me: Ne ores pro populo hoc in bonum: 12. quoniam, si jejunaverint, non exaudiam orationem eorum, et si obtulerint holocausta, et (m) sacrificium, non mihi complacebo in eis; quia in gladio, et in fame, et in

A morte ego consummabo eos. 13. Et dixi: (n) Ille, qui est, Domine, Domine, ecce prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis; quia pacem (o) et verum dabo + super terra, etiam: in loco hoc. 14. Et dixit Dominus ad me: Falsa prophetæ prophetant super nomine meo: non misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos. Quia visiones mendaces, et divinationes, et (p) auguria, et proposita cordis sui ipsi prophetant vobis. 15. Propter hoc hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant super nomine meo, et ego non misi eos, qui dicunt: Gladius, et fames non erit super terra hæc: In morte vehementis cruciatus, ✕ in gladio et: in fame (q) consumentur prophetæ ✕ illi: 16. et populus, quibus ipsi prophetant eis: et erunt projecti in plateis Jerusalem a facie famis et gladii, et non est, qui sepeliat eos, ✕ ipsi: et uxores eorum, et filii eorum, et filiæ eorum, et effundam super eos mala sua. 17. Et dices ad eos verbum hoc: Deducite ab (r) oculis vestris lacrimas nocte et die, et non cessent; quia fractione magna fracta est ✕ virgo: filia populi mei, et plaga dolorosa valde. 18. Si exeam in campum, et ecce occisi gladio: et si ingrediar in urbem, et ecce (s) dolor famis: quia propheta et sacerdos (t) abierunt in terram, quam non cognoverunt. 19. (u) Num reprobando reprobasti Judam, et a Sione recessit anima tua? Quare percussisti nos, et non est nobis sanatio? Expectavimus pacem, et non fuerunt bona, tempus sanationis, et ecce turbatio. 20. Cognovimus, Domine, peccata nostra, ✕ et: iniquitates patrum nostrorum; quia peccavimus coram te. 21. (x) Abstine propter nomen tuum, (y) ne perdas thronum gloriæ tuæ. Recordare: (z) ne irritum facias testamentum tuum, quod nobiscum. 22. Num est in idolis gentium, qui pluere faciat? Et si cælum dabit satietatem suam, nonne tu es ✕ ipse Dominus Deus noster: Et expectamus te, quia tu fecisti omnia hæc.

Cap. XV.—1. Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moses, et Samuel ante faciem meam, non est anima mea + ad eos: Populum hunc emitte ✕ ab ante faciem meam: et exeant. 2. Et erit, si dixerint ad te: Quo egrediemur? etiam dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, et qui ad gladium, ad gladium, et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem. 3. Et ulciscar super eos quatuor species, dicit Dominus, gladium ad jugulationem, et canes ad dilaceratio-

Cap. XLVIII. — 1. Ad Moab sic dixit Dominus virtutum Deus Israelis: Væ super Nabu, quia (h) periit, ✕ erubuit, capta est Curiathim: erubuit Masogab, ✕ et victa est. 2. Non est amplius (i) arrogantia Moabo, in Hesbon cogitarunt super eam mala: venite, et (k) excidamus eam de gente, (l) quiescendo quiescet: post te ibit gladius; 3. quia vox clamantium ex Hornim, (m) perditio, et confractio magna. 4. Confracta est Moab, (n) annuntiate (o) in Soar; 5. quia impleta est Alaoth in fletu: (p) ascendet flens (q) in via Hornim ✕ Cindunus (*): clamorem et confractionem audivi: 6. fugite, et salvate animas vestras, et eritis sicut (r) asinus silvestris in deserto; 7. quia confidens fuisti (s) in munitione tua, ✕ venient afflictiones tuæ; etiam ✕ quidem tu: capieris: et egredietur Chamos in demigratione, sacerdotes ejus, et principes ejus simul. 8. Et veniet (t) perditio super omnem urbem, et urbs non salvabitur, et peribit (u) vallis, et delebitur campestris, sicut dixit Dominus. 9. Date (x) signa Moabo, quia (y) inflammando inflammabitur, et omnes urbes ejus (z) in conculcatum erunt. Unde habitator ejus? 10. Maledictus, qui facit opera Domini (a) negligenter, ✕ et maledictus, qui tollit gladium suum a sanguine. 11. Quievit Moab a pueritia sua, (b) et confidens erat super gloria sua, et non effudit de vase in vas, et in demigrationem non abiverunt: propter hoc stetit gustus ejus in ipso, et odor ejus non defecit. 12. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et mittam ei (c) compositores, et component eum, et vasa ejus (d) comminuent, (e) et pœcula ejus conterent. 13. Et erubescet Moab ab Chamos, ut erubuit domus Israelis a Bæthel (f) spe eorum. 14. Quomodo dicitis: Fortes sumus, (g) et

homo fortis ad bellum? 15. Periiit Moab, (h) et urbes ejus, et electi juvenes ejus descendent in mactationem, dicit Rex, Dominus virtutum nomen ei. 16. Propinquus (i) dies Moabi ad veniendum, et malitia ejus velox valde. 17. Commovete eum, omnes vos, qui in circuitu ejus, omnes cognoscentes nomen ejus, dicite: Quomodo confractus est scipio gloriosus, et virga magnificentiæ? 18. Descende de gloria, et sede (k) in humilitate, habitatrix ✕ filia Adibon; quia periit Moab, ascendit in te et qui perdit munitionem tuam. 19. Super via sta, ✕ (l) inspicere, habitatrix: Aroer, et interroga fugientem, et evadentem, et dic: Quid factum est? 20. Erubuit Moab, quia confractus est: ulula, et clama: annuntia in Arnon, quia (m) periit Moab, 21. et iudicium (n) venit in terram Mesor (o) super Helon, et super Jehas, et super Mephiath; 22. et super Diabon, et super Nabu, et super (f) domum Deblathæm, 23. et super Curiathæm, et super (g) domum Maon, 24. et super (r) Carioth, et super (s) Bosor, et super omnes urbes terræ Moab, remotas et propinquas. 25. Confractum est cornu Moabi, (t) et quod in manu ejus, confractum est, dicit Dominus. 26. Inebriate eum, quia super Dominum se magnificavit: et complodet Moab (u) in manu sua, et erit in risum etiam ipse: 27. et si non in derisum erat tibi Israel, si in furtis tuis inventi sunt, (x) quando pugnabas contra eum, ✕ in eo secedes, migrabis. 28. (y) Reliquerunt urbes, et habitaverunt in petris habitantes in Moab: (z) facti sunt quasi columbæ nidificantes in petris, in ore (a) foveæ. 29. Audivi (b) contumeliam Moabi, contumelia affecta valde ✕ celsitudinem ejus; et contumeliam ejus, (c) et superbiam ejus: (d) et se extulit cor ejus; 30. (e) ego autem novi opera ejus (f): (g) nonne sufficientiam ejus ✕ nonne sic brachia ejus nonne sic fecerunt? 31. Propter hoc super Moab ululate, (h) super Moab ab omni loco: clamate super viros (i) Ciradas squaloris, et ✕ meditabitur. 32. Sicut fletum Jazer deflebo te, vitis Sebmæ: (k) palmite tui transierunt mare: (l) urbes Jazer attigerunt: (m) super fructum tuum,

(e) A., S., vallium. Heb. valles. (f) Quousque tumultuabimini. (g) A., S., illuc igitur commendavit eum. (h) A., captiva ducta est, erubuit Curiathim, quæ admodum elata. S., Th., robur. (i) Tres, laus. (k) A., S., deleamus eam. (l) S., amplius Madmeno silebis. Et Madbo quiescendo quiescet. (m) A., direptio et confractio. (n) S., auditum facite clamorem, parvuli ejus; per enim ascensum incrastati bipennis in fletu ascendet ploratus, quia in ascensu Hornim inimici clamorem confractionis audiri fecerunt. (o) Parvuli ejus. (p) Super enim ascensu, qui est bipenniferorum. (q) In descensu. (*) Vox Græca, κινδύνου, periculi. Est autem Theodotionis interpretatio nominis *Hornim*, Hebraice, חֲרֹרִימִים, effer, *kharonayim*. DRACH. (r) A., onager. (s) A., S., super operibus tuis. (t) A., qui captivum ducet. (u) A., S., profunditas. (x) A., florem. S., germen. (y) A., florens egredietur. (z) Eradicatio erunt, eo quod non sint habitantes. (a) A., in depositione. S., fraudulenter. (b) A., et siluit ipse super foraminibus suis. (c) A., stratores, et sternent eum. (d) Reliqui: evacuabunt. (e) Reliqui: et hydrias ejus concutient. ΚΕΡΑΣΜΑΤΑ, *tagenas*. (f) Reliqui: quibus confidentes. (g) S., et vir fortis. (h) S., et qui exuet eum, ascendit. (i) S., exitium Moabi et malum ejus festinat valde: tristamini cum eo. (k) A., S., in siti. (l) A., speculari. (m) A., captivus ductus est. (n) S., ivit in terram Misor et Malu. (o) A., S., in Ilon. (p) A., S., Beth. (q) A., S., Beth. (r) Domum. (s) A., S., Beth Busron. (t) A., et brachium ejus. (u) A., Th., in vomitu suo. (x) S., quia jampridem locutus es super eum, rebellis fies. (y) A., S., reliquistis urbes, et habitastis in petra. (z) A., et facti sunt. (a) A., fossæ umbrosæ. (b) A., superbiam Moabi, superbus valde. (c) Et arrogantiam ejus vidi. (d) A., et altitudinem cordis ejus. (e) Reliqui: ego novi, dicit Dominus. (f) Dicit Dominus. (h) A., excandescantiam ejus, et sic selecta ejus. S., nonne sicut ira ejus, ita brachium ejus. (i) S., et ob Moab omnino clamabo. (i) Reliqui: muri testacei. (k) S., comineatus tui transierunt mare. (l) A., S., usque ad mare Jazer. (m) S., super messem tuam.

(n) et super vindemiatos tuos perditio cecidit. A 33. Projecta est lætitia et gaudium ex Carmel, et ex Moabitide : (o) et vinum erat super torcularibus tuis : mane (p) non calcarunt, et in vespera tua non fecerunt. 34. ✕ Urbes autem eorum ; quæ a clamore Heshon usque ad Eleala, et usque ad Jahas dederunt vocem suam, a (q) Soar usque ad Hornim, (r) et nuntios ad Alas ; quia et aqua Nemrim (s) in combustionem erit. 35. Et perdam Moab, dicit Dominus, ascendentem super excelsum, et adolentem diis ejus. 36. (t) Propter hoc cor meum Moab, sicut tibiæ dabant vocem, + et cor meum super homines ; ✕ murum (u) Ciradæ ; sicut tibiæ dabit vocem : propter hoc quæ liberavit, perierunt ab homine. 37. (x) Omne caput in omni loco radent, et omnis barba radetur, et omnes manus plangent, et super omni lumbo saccus. 38. Et super omnibus tectis Moabi, et super plateis ejus ✕ omnibus luctus ; ; (y) rursus confregi Moab, sicut vas, cujus non est usus ejus, dicit Dominus. 39. Quomodo (z) commutavit ! ✕ ululate : : quomodo vertit dorsum Moab ? Erubuit, et factus est Moab in risum, et (a) indignationem omnibus, qui in circuitu ejus. 40. Quia sic dixit Dominus : ✕ Ecce sicut aquila venit impetu, et expandit (b) manus suas super Moab :. 41. (c) Capta est Carioth, et munitiones subjugatae sunt : ✕ et erit cor potentium Moabi in die illo, sicut cor mulieris (d) parturientis : : 42. et peribit Moab a turba ; quia super Dominum se magnificavit. 43. Metus, et fovea, et laqueus super te, habitator Moabi, dicit Dominus. 44. Qui fugerit ab ante faciem timoris, incidet in foveam : et qui ascenderit e fovea, capiatur in laqueo : quia adducam hæc super Moab in anno, quo visitaverim eos, dicit Dominus. 45. ✕ In latibulo Heshon steterunt (e) a laqueo fugientes ; quia ignis exivit ex Heshon, flamma ex urbe Sihon, et comedit (f) principes Moabi, (g) et investigavit filios Saon. 46. Væ tibi, Moab : peritit populus Chamos ; quia capti sunt filii ejus in captivitate, et filia ejus captivæ. 47. Et reducam captivitatem Moabi in extremitate dierum, dicit Dominus. Hucusque judicium Moabi :.

Cap. XLIX. — 1. Filiis Ammon sic dixit Dominus : Num filii non sunt in Israele ? aut (h) qui assumit, non est eorum ? (i) Quare assumit Melchom Gad, et populus eorum in urbibus eorum habitat ? 2. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et audiri faciam super Rabbath filiorum Ammon (k) tumultum (l) urbis, et erunt in non pervium, in perditionem, et aræ ejus in igne comburentur, (m) et assumet Israel principatum suum, dicit Dominus. 3. Utula (n) Heshon, quia perdita est Ai : clamate, filia Rabbath, vos cingite saccis, + et insanite ; , et plangite, et transite per maccarias (o) ; quia Melchom in migratione ibit, sacerdotes ejus, et principes ejus simul : 4. Quia exultabis (o) in campis (p) Zib : campi tui, filia (q) duritiei, confidens super thesauris suis, dicens : Quis aggredietur me ? 5. Ecce ego fero super te timorem, dicit Dominus Dominus virtutum (r), ab omni accola circa te, et dispergemini unuquisque versus faciem suam, et non est, qui congregat ✕ et demigrantem. 6. Et post hæc reducam captivitatem filiorum Ammon, dicit Dominus :. 7. Hæc dicit Dominus virtutum : (s) Non est amplius sapientia in Thæman : perit consilium ab intelligentibus : (t) abiit sapientia eorum : 8. (u) conculcatus est locus eorum : (x) profundum petiæ ad habitandum, habitantes in Dadan ; quia (y) aspera fecit. Adduxi super eum in tempore, quo visitavi eum ; 9. quia vindemiatos venerunt tibi, non relinquent tibi (z) racemationes : sicut fures in nocte, (a) ponent manum suam ; 10. quia ego abrasi Esau, (b) detexi abscondita ejus : abscondi non poterunt : ✕ (c) peritit semen ejus ; , ob manum (d) fratris ejus, et vicini ejus, et non est 11. (e) relinqui pupillum tuum, ut (f) vivat : (g) et viduæ super me confidentes. 12. Quia hæc dicit Dominus : Ecce quibus non erat (h) lex bibere calicem, ✕ bibendo ; (i) biberunt : et tu impunis dimittendo ✕ impunis dimittis : ? non impunis dimittis, quia bibendo bibes. 13. Quia per me juravi, dicit Dominus, (k) quod in exitium, et in opprobrium, (l) et in non conculcatum, et in maledictionem (m) eris in medio portionis ejus, et omnes urbes ejus erunt

(n) S., et super vindemiam tuam raptos ceciderunt : et sublata est lætitia, et gaudium. (o) A., et vinum ex foveis torcularium cessare feci : non non calcabit, sic, non, eja. A clamore Heshon. S., et vinum ex foveis torcularium cessare feci : non est, dicit. A clamore Heshon. (p) Non calcabit adad adad. S., non tenebit torcularius cantilenam. (q) A., Soar. (r) A., S., vitula triennis. (s) A., S., in exitium erunt, et cessare faciam Moabo offerentem super excelso. (t) Propter hoc cor Moabi ut tibiæ dabit vocem. S., ob Moab. (u) KEIPAAΣ, tonsos. A., S., testæ. (x) A., quia omni capiti calvitias, et omni barbæ rasura. S., super omnibus manibus incisuræ. (y) Quia. (z) A., S., victus est. (a) A., S., in timorem. (b) A., alas. (c) S., subjugata est Carioth, et refugia. (d) A., ab angustia, et pressus erit Moab a populo. (e) A., non valentes fugere. (f) A., plagam. S., faciem. (g) A., S., et verticem filiorum mæporis. (h) A., S., hæres. (i) A., quare itaque hæreditavit ? (k) A., ululatum belli, et erit in pulverem depravata, et filia ejus. (l) Bellatorum. (m) A., S., et hæreditabit Israel eos, qui hæreditarunt eum. (n) S., pro Heshon, quia vastatum est robur. (*) Vox Syriaca codicis nostri, סיג, quæ respondet סִיג לְחַבְרָה גְּרִדָּה Hebraici textus, potius significat sepes. Trita est apud rabbinos, ut, סיג לתורה, sepes legi ; סיג לחכמה שתורה, sepes sapientiæ silentium. Drach (o) S., in vallibus, quæ in valle tua. (p) Difflexerunt. (q) A., in posterum se averteus. S., captiva ducenda. (r) A., S., ab omnibus circuitibus tuis. (s) A., numquid non est. S., annon est. (t) A., putrida facta est. (u) S., fugerunt : reversi sunt. (x) A., profundum petierunt ad habitandum. (y) A., perditionem super Esau adduxi. (z) A., S., botros. (a) Non corrumpentibus, quæ sufficiebant eis. (b) A., S., detexi. (c) A., captivum ductum est. (d) Reliqui : et fratres ejus, et vicini ejus. (e) A., relinque pupillos, ego vivere faciam te, et viduæ tuæ super me confident. (f) Servetur. (g) Et ego eos servabo. (h) Reliqui : judicium. (i) Reliqui : bibent. (k) A., quod in sterilitatem. (l) A., et in gladium. (m) Reliqui : erit Bosra.

vastatæ in sæcula. 14. Famam audivi a Domino, et legatos in gentes misit : congregamini, et venite (o) ad eam, surgite in bellum. 15. ✕ Quia : ecce parvulum dedi te in gentibus et (p) contemibilem in hominibus. 16. (q) Lusus tuus dedit (r) tibi, (s) durities cordis tui destruxit (t) foramina petrarum, (u) apprehendit fortitudinem collis excelsi : quia si exaltaveris, sicut aquila, nidum tuum, inde dejiciam te, dicit Dominus. 17. Et erit Idumæa in non tritum : omnis qui transit super eam, obstupescet, et sibilabit super omni plaga ejus. 18. Sicut subversa est Sodoma et Gomorra, et advenæ ejus, dixit Dominus → omnipotens ; non sedebit ibi homo, neque habitabit (x) filius hominis. 19. Ecce sicut leo ascendet (y) e medio Jordanis (z) in locum Hamath ; quia (a) celeriter expellam eos ex ea. (b) Et quem electum ei respiciam ? quia quis (c) sicut ego ? et quis stabit contra me ? et quis iste pastor, qui stabit ante faciem meam ? 20. Propter hoc audite consilium Domini, quod consultavit super Idumæam, et cogitationem ejus, quæ cogitavit super habitantes in Thæman, nisi dissipaverint (d) minima ovium, nisi delebitur super eos septum eorum : 21. A voce (e) casus eorum commota est terra, clamor tuus in mari rubro, audita est vox (f) ejus. 22. Ecce sicut aquila (g) videbit, et ✕ volabit ; et extendet alas suas (h) super muritiones ejus : et erit cor fortium Idumææ in die illo, ut cor mulieris parturientis. 23. Damasco. Erubuit Hamath, et Raphad, quia auditum malum audierunt. (i) obstupuerunt ✕ in mari ; indignatæ sunt, requiescere non poterunt. 24. Dissoluta est Damascus, convertit se in fugam, et effusa est : apprehendit eam tremor, ✕ etiam ; dolores apprehenderunt eam, ✕ sicut parientis ;. 25. Quomodo non reliqui (k) urbem meam, pagum (l) dilexerunt ? 26. Propter hoc (m) cadent juvenes (n) in plateis tuis, et omnes viri bellatores tui cadent ✕ in die illo ;, dicit Dominus virtutum. 27. Et accendam ignem in muro Damasci, et comedet (o) plateas filii Hader. 28. Cedar reginæ atrii, quam percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, sic dixit Dominus : Surgite, ascendite super Cedar, (q) et implete eos filios Cedem. 29. Tentoria eorum, et oves eorum sument : (r) vestimenta eorum, et omnia vasa eorum, D et camelos eorum sument sibi, (s) et vocabitis super

A eos perditionem undique. 30. (t) Fugite valde, (u) profundum petiistis ad sedendum, qui sedetis in atrio, dicit Dominus ; quia consultavit super vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, et cogitavit super vos cogitationem. 31. (x) Surge, ascende super gentem quietam, sedentem in respiramine, dicit Dominus, non portæ, et non seræ ✕ (y) ei ;, soli diversantur. 32. Eterunt cameli eorum in prædam, (z) et multitudo jumentorum eorum in perditionem, et ventilabo eos omni vento rasos ante (a) faciem eorum, et ab omni transitu eorum afferam victoriam eorum, dicit Dominus. 33. Et erit (b) atrium habitaculum (c) struthiocamelorum, et non tritum usque in sæculum : non habitabit ibi homo, et non habitabit ibi filius nati terræ. 34. Verbum B Domini, quod factum est ad Jeremiam prophetam ad Ælam, in principio (d) regis Judæ, dicens : 35. Hæc dicit Dominus virtutum : ✕ Erce ; (e) contractuses : arcus Ælami, principium potentæ eorum. 36. Et adducam super Ælam quatuor ventos a quatuor extremis cœli, et dispergam eos in omnibus ventis his, et non erit gens (f), quæ non venient illuc : expulsi Ælami. 37. Et terrefaciam (g) eos coram inimicis eorum, quærentibus animum eorum, et adducam super eos secundum iram furoris mei, dicit Dominus : et mittam post eos gladium meum, donec absumserit eos. 38. Et ponam thronum meum in Ælam, et perdam inde regem, et magnates, dicit Dominus. 39. Et erit in extremo dierum, reducam captivitatem Ælami, dicit Dominus. In principio regnantis Sedecie regis factum est verbum hoc de Ælam.

Cap. L. — 1. Verbum, quod locutus est Dominus super Babylonem, ✕ ad terram Chaldæorum in manu Jeremæ prophetæ ; : 2. Annuntiate in gentibus, et audita facite, et (h) tollite signum, auditum facite, et ne abscondatis. Dicite : Capta est Babel, erubuit Bel animosa, et delicata, (i) traditus est Mærodach : ✕ erubuerunt idola ejus, pudefacta sunt inquinamenta ejus ;. 3. Quia ascendit super eam gens ab aquilone : hic ponet terram ejus in exitium, et non erit habitans in ea ab homine usque ad jumentum : ✕ trepidarunt, abierunt ;. 4. In diebus istis, et in tempore illo, dicit Dominus, venient filii Israelis ipsi, et filii Judæ simul, ambulantes et fientes ibunt, Dominum Deum suum quæ-

(n) A., et legatus ad gentes missus est super eam. (o) Super eam. (p) A., S., contemtum. (q) A., Th., superbia. S., gloriatio tua superbiere fecit te. (r) Hæc. (s) A., afflictio. (t) A., Reliqui, in foraminibus. S., comprehendentes petram. Th., altitudinem collis. (u) Habitatavit in foraminibus petrarum. (x) Ibi. (y) A., ad pulchritudinem robustam. S., a gloria. (z) S., super habitaculum principatum. (a) S., subito currere faciam eum desuper ea : et hominem electum super eam constituam. (b) Et juvenes super eam constituam. (c) A., S., similis mihi, et quis sustinebit me ? (d) A., minores gregis. (e) A., commotionis. (f) Tua. (g) A., S., ascendet. (h) A., S., super Bosra. (i) S., perturbatæ sunt in mari ex sollicitudinæ. (k) A., S., Th., laudabilis, metropolis gaudii. (l) Dilexi. (m) S., conticescent. (n) Tui. (o) ΑΜΦΟΔΑ, biviv. A., S., palatia. (p) A., S., et regnis Hasor, quæ percussit. (q) S., et rapite filios orientis. (r) A., S., cortinas. (s) A., et vocabunt super eos turbinem undique. (t) A., fugite, exultantes vos valde. (u) S., in profundo sedete, habitatores Hasor. (x) A., surgite, ascendamus. (y) Eis. (z) A., et congregatio possessionis eorum eorum in saxetum. (a) Partem. (b) A., S., Hasor. (c) A., draconum. S., sirenum. (d) Regni Sedecie. (e) A., S., conteram arcum Ælami, caput virtutis eorum. (f) S., in his, quæ non ingredientur. (g) A., S., Ælam. (h) A., tollite signum. (i) A., expavit Mærodach.

rentes. 5. Usque ad Sionem interrogabunt viam, (k) hic enim faciem suam + (l) dabunt ; et venient, et confugient ad Dominum ; testamentum enim æternum non oblivioni tradetur. 6. Oves perditæ factus est populus meus, pastores eorum (m) expulerunt eos, super montes (n) seduxerunt eos, de monte super collem abierunt, obliiti sunt cubilis sui. 7. Omnes inveniendes eos consumperunt eos : (o) inimici eorum dixerunt : Ne quiescere faciamus eos, pro eo quod peccarunt Domino : (p) pascuum justitiæ ei, qui congregat patres eorum, Dominus. 8. (q) Abalienamini e medio Babylonis, et e terra Chaldæorum, et exite, et estote (r) sicut dracones coram facie ovium. 9. Quia ecce ego excito, et ascendere facio super Babylonem congregationes gentium magnarum e terra septentrionis, et se instruent adversus eam ; inde capietur : sicut (s) telum pugnatoris intelligentis nec redibit vacuum. 10. Et erit Chaldæa in prædam, et omnes prædantes eam saturabuntur, dicit Dominus. 11. Quia gavisus estis et gloriati, cum diripuistis hæreditatem meam, quia exsultastis, sicut tauri in herba, et (t) cornu petiistis, sicut bubali. 12. Erubuit mater vestra valde, (u) mater in bona : ecce ultima gentium desertum ✕ sine aqua, et non calcatum ;. 13. Ab ira Domini non habitabitur : et erit in exitium omnis, et omnis, qui transierit super Babylonem, (x) tristabitur, et sibilabit super omnem plagam ejus. 14. Instruite vos super Babylonem circumcirca, omnes tendentes arcum, sagittate super eam, ne parcatis super telis vestris, ✕ quia Domino peccavit ;. 15. (y) Et fortiter agite super eam in circuitu : (z) dissolutæ sunt manus ejus, ceciderunt (a) propugnacula ejus, et eradicatus est murus ejus ; quia vindicta a Deo est, (b) ulciscimini eam, quemadmodum fecit, facite ei. 16. Delete (c) semen ex Babylone, et tenentem falcem in tempore messis ab ante faciem gladii (d) Græci, unusquisque in populum suum revertentur, et unusquisque in (terram) (e) suam fugiet. 17. Ovis errans Israel, leones expulerunt eum : primus comedit eum rex Assyriæ : et hic posterior (e) ossa ejus (f) Nabuchodonosor rex Babylonis. 18. Propter hoc hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis : Ecce ego (g) ulciscor ✕ super : regem Babylonis, et super terram ejus, sicut

A restituam Israellem in pascuum suum, et pascet in Carmelo, et in Basan, et in monte Ephræm, et in Galaad, et saturabuntur animæ eorum. 20. In diebus istis, et in tempore illo, dicit Dominus, (i) quærent injustitiam Israelis, et non erit, et peccata Judæ, et non inveniuntur ; quia propitius ero relictis. 21. (k) super terra : amare (l) ascende super eam, et super habitantes super ea (m) : et ulciscere, gladii, (n) et abole ✕ post eos mala ;, dicit Dominus, et fac secundum omnia, quæ præcepero tibi. 22. Vox belli in terra Chaldæorum, et confractio magna. 23. Quomodo confractus est, et contritus est malleus omnis terræ ? quomodo facta est in desolationem Babel in gentibus ? 24. (o) Imponent tibi, et capieris, Babel, (p) et non cognosces : inventa es, et capta es, quia adversus Dominum (q) stetit. 25. Aperuit Dominus thesaurum suum, et protulit vasa iræ suæ, quia opus ✕ est ; Domino (r) Domino virtutum in terra Chaldæorum. 26. (s) Quia venerunt ✕ ei ; tempora ejus : aperite horrea ejus, (t) scrutamini eam, sicut speluncam, et delete eam : ne sit residuum ejus : 27. (u) exsiccate omnes fructus ejus : et descendant in mactationem : vae eis, quia venit dies eorum, tempus (x) ultionis eorum. 28. Vox fugientium et evadentium e terra Babylonis, ad annuntiandum in Sionem ultionem, quæ a Domino Deo nostro, ✕ ultionem templi ejus ;. 29. Præcipite super Babylonem multis, omni tendenti arcum, castra metamini super eam circumcirca : ne sit evadens ejus, retribuete ei secundum opera ejus : secundum omnia, quæ fecit, facite ei, quia adversus Dominum (y) stetit, (z) Deum sanctum Israelis. 30. Propter hoc cadent juvenes ejus in plateis ejus, et omnes viri bellatores ejus (a) projicientur ✕ in die illo ;, dicit Dominus. 31. Ecce ego super te (b) contumeliosam, dicit Dominus virtutum, quia venit dies (c) tuus, et tempus (d) ultionis tuæ, 32. et infirmabitur contumelia tua, et cadet, et non erit restituens eam : et accendam ignem (e) in silva ejus, et comedet omnes circuitus ejus. 33. Hæc dicit Dominus virtutum : Oppressi filii Israelis, et filii Judæ simul : omnes, qui captivos duxerunt eos, oppresserunt eos, qui non voverunt dimittere eos. 34. (f) Et qui redimit D eos fortis, Dominus omnipotens nomen ei : (g) judicium judicabit adversus adversarios ejus, ut levat

(k) A., ecce facies eorum venient, et se adjungent Domino. (l) Commutabunt. (m) A., S., seduxerunt. (n) S., circumduxerunt. (o) A., Th., et qui circumagebant eos, dixerunt : Non delinquemus. (p) S., habitaculo justo. (q) A., S., commovete vos. (r) A., S., sicut basilisci. Th., sicut hædi. (s) Tela eorum. (t) A., hinnivistis. S., clamastis. (u) S., Th., pudefacta est, quæ genuit vos. (x) S., hæsitabit. (y) A., S., ululate. (z) A., dedit manum suam. (a) A., fundamenta ejus. (b) A., S., vindictam sumite de ea. (c) A., S., seminatore. (d) A., S., ebrii. (e) Hæc vox hic ommissa videtur, habent enim Hebr. et Lxx. (f) A., S., comminuit eum. (g) A., S., visito. (h) A., S., visitavi. (i) A., S., quæretur iniquitas. (k) S., super terram iracundorum. (l) Dicit Dominus super terram irritantium. (m) A., S., visita. (n) A., S., et perditioni devove. (o) Steti adversus te. (p) A., S., Th., tu autem non novisti. (q) A., S., litem movisti. (r) Deo. (s) A., venite ei a consummatione. S., intrate eam, omnes. (t) A., defigite eam, sicut accumulantes. S., tollite eam, sicut marsupium. (u) A., vastate omnem fructum ejus, et descendant ad mactationem. (x) A., visitationis. (y) A., S., superbe egit. (z) A., Deum sanctum Israelis. (a) S., obmutescet. (b) A., S., superbia. (c) Casus. (d) A., visitationis tuæ. Et impinget superbia. (e) A., in urbibus ejus. (f) A., S., et qui propinquæ eis. (g) S., puniendo exiget judicium eorum.

terram : (h) et irritabit inhabitantes Babylonem : A confossi (d) a foris ejus. 5. Quia non viduavit Israel 35. gladium super Chaldæos, dicit Dominus, et super habitantes in Babylone, et super magnates ejus, et super (i) intelligentes ejus : 36. ✕ gladium : (k) super vates ejus, et auferentur : ✕ gladium : super pugnatōres ejus, et dissolventur : gladium super (l) equos eorum, et super currus eorum, 37. ✕ et super omnem : commixtum in medio ejus, et erunt sicut mulieres : gladium super thesauros ejus, et diripientur : 38. gladium super aquam ejus (m), et erubescet, quia terra sculptilium est, et (n) in insulis + non : gloriabuntur. 39. Propter hoc habitabunt (o) spectra in insulis : et habitabunt super ea filiae (p) sirēnum : ✕ (q) et non : ædificabitur amplius in victoriam, et non habitabitur in sæculum. 40. Sicut evertit Deus ✕ תִּיבָא : Sodomam, et Gomorram, et vicinas ejus, dicit Dominus, non habitabit ibi homo, neque commorabitur ibi filius hominis. 41. Ecce populus venit ab aquilone, et populus magnus, et reges multi excitabuntur ab extremo terræ, 42. arcus, et (r) pugio est eis : durus est, et non miserebitur : vox eorum ut mare tumultuabitur, super eque equitabunt parati, sicut ignis, in bellum, ad te, filia Babylonis. 43. Audivit rex Babylonis famam eorum, et dissolutæ sunt manus ejus : afflictio obtinuit eum, dolores sicut parientis. 44. Ecce sicut leo ascendet a ✕ (s) jactantia : Jordanis (t) in locum Ætham ; quia celeriter expellam eos ab ea, et omnem juvenem super eam constituam : quia quis sicut ego, et quis stabit contra me ? Et quis hic pastor, qui stabit coram facie mea ? 45. Propter hoc audite consilium Domini, quod consultavit super Babylonem, et cogitationes ejus, quas cogitavit super habitantes (u) Chaldæos : si non (x) corruptis agnos ovium eorum, si non aboleatur ab eis pascuum. 46. Quia a voce subjectionis Babylonis commovebitur terra, et clamor ejus in gentibus audietur.

Cap. LI. — 1. Hæc dicit Dominus : Ecce ego excito super Babylonem, et super habitantes (y), cor erigentium, ventum æstus corrumpentem. 2. Et emittam in Babylonem (z) conviciatores, et contumelia afficient eam, (a) et perdent terram ejus : ✕ quia : væ super Babylonem circumcirca in die damni ejus. 3. Ne tendat, qui tendit arcum suum, neque alliget, cui sunt arma : ne parcatis super juvenes ejus, et (b) abolete omnem (c) virtutem ejus. 4. Et cadent occisi in terra Chaldæorum, et

et Juda a Deo suo, a Domino (e) omnipotente, quia terra eorum impleta est iniquitate a sanctis Israelis. 6. Fugite e medio Babylonis, et salvate unusquisque animam suam, et ne (f) projiciamini in injustitia ejus ; quia tempus ultionis ejus est a Domino, retributionem ipse retribuet ei. 7. Calix auri Babel in manu Domini, inebrians omnem terram : de vino ejus biberunt gentes, propter hoc vacillarunt gentes. 8. Et subito cecidit Babel, et contracta est : (g) lamentamini eam, sumite resinam corruptioni ejus, forte sanabitur. 9. Sanavimus Babylonem, et non sanata est : derelinquamus eam, et abeamus unusquisque in terram suam ; quia appropinquavit in cælum judicium ejus, (h) sublatum est usque (i) ad astra. 10. Protulit Dominus (k) judicium suum : venite, et annuntiemus in Sione opera Domini Dei nostri. 11. Præparate tela, implete pharetras : excitavit Dominus spiritum regis Medorum ; quia in Babylonem (l) ira ejus, ad delendum eam, quia ultio Domini est, ultio templi ejus. 12. Super muris Babylonis elevate signum, (m) constituite excubias, ponite excubias, præparate (n) arma ; quia dedit in manus (i. e. *aggressus est*) Dominus, et faciet, quæ locutus est super habitantes in Babylone, 13. habitantes super aquis multis, et super (o) multitudine thesaurorum ejus : venit finis tuus vere (p) in viscera intestina tua. 14. Quia juravit Dominus virtutum per brachium suum, quia implebo te hominibus, (q) sicut locustis, (r) et loquentur super te descendentes. 15. Qui facit terram in robore suo, qui parat orbem habitabilem in sapientia sua, in intelligentia sua extendit cælum, 16. in vocem posuit multitudinem strepitus aquæ in cælo, et eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam fecit, et eduxit (s) lumen e thesauris suis. 17. Stultus factus est omnis homo a scientia, pudefactus est omnis confians aurum a sculptilibus suis, quia falsa confiarunt, non est spiritus in eis, 18. vana sunt opera (t) ridicula, in tempore visitationis eorum peribunt. 19. Non talis pars Jacobi, quia ille, qui formavit omnia, ipse est (u) et hinc hæreditatis ejus, Dominus virtutum nomen ei. 20. (x) Dispergis mihi vasa belli, (y) et dispergam in te gentes, et tollam (z) per te reges. 21. Et dispergam in te equum, et ascensorem ejus, 22. et dispergam in te currus, et ascensores eorum, et dispergam in te

(h) A., et perturbabit. (i) Reliqui : sapientes. (k) A., adversus electos, et insanient. S., super brachia ejus, et defatigabuntur. (l) Reliqui : fortes. (m) Qua confisa est, et exarescet. (n) A., in simulacris. S., in fortibus. (o) A., Sinitim. Heb., Sinitim. (p) A., struthiocamelorum. S., sirenum cum fortibus. (q) S., et non habitabitur amplius in victoriam, nec habitabitur in ea usque in generationes et generationes. (r) A., S., scutum. (s) A., elatione. S., gloria. (t) S., super habitaculum antiquum. (u) In terra. (x) A., invehentur. S., deridebunt eos minimi gregum. (y) Chaldæos. (z) A., S., ventilatores, et ventilabunt eam. (a) A., et humectabunt terram ejus, quia fuerunt super eam in circuito. (b) Reliqui : devotioni date. (c) A., militiam ejus. (d) A., in exitibus. (e) A., militiarum. (f) S., obmutescatis. (g) A., S., ululate super ea. (h) A., S., extulit se. (i) Ad conviviam nubium. (k) A., justitias nostras. (l) A., S., cogitatio ejus ad perdendum eam. (m) A., S., tenete custodiam. (n) A., S., insidias, quia cogitavit Dominus. (o) A., multitudo in thesauris ejus. (p) A., S., cubitus. S., decisi tui. (q) A., S., sicut brucho. (r) S., et respondebunt super te Hadad, Hidtel. Scholion : est cantilena, ut eorum, qui calcant torcular. (s) Reliqui : ventum. (t) S., erroris. (u) Pars Israelis. (x) A., concutis. (y) A., et concutiam. (z) A te.

virum, et mulierem, et dispergam in te senem et juvenem, et dispergam in te electum et virginem, 23. et dispergam in te pastorem, et gregem ejus, et dispergam in te agricolam, (a) et agriculturam ejus, et dispergam in te duces et præfectos. 24. Et retribuam Babyloii et habitatoribus (b) Chaldæis omnia mala eorum, quæ fecerunt in Sione coram oculis vestris, dicit Dominus. 25. Ecce ego ad te, montem (c) corruptum, dicit Dominus, corruptentem omnem terram, et extendam manum meam super te, et devolvam te de petris, et dabo te ut montem combustum: 26. et non capient de te lapidem in angulum, et lapidem in fundamentum, quia (d) in exitium in æternum eris, dicit Dominus. 27. Tollite signum super terra, clangite (e) tuba in gentibus, sanctificate super eam gentes, imperate super eam regna (f) Ararath a me, e (g) Canazæis: constituite super eam stationem jaculantium tela, ascendere facite + super eam: equos, sicut multitudinem (h) locustarum. 28. Sanctificate super eam gentes Medorum, (i) principes ejus, et omnes præfectos ejus, et omnis terræ domini ejus. 29. (k) Commota est terra, et dolore affecta est; quia surrexit super Babylonem cogitatio Domini, ad ponendum terram Babylonis in exitium, et non habitabitur. 30. Defecit pugnator Babylonis a bellaando: sedebunt in claustro: percussa est potentia eorum: facti sunt, sicut mulieres: combusta sunt tabernacula ejus: contritæ sunt vestes ejus. 31. Persequens in occursum persequentis persequetur, et annuntians in occursum annuntiatum ad annuntiandum regi Babylonis, quod subjugata sit urbs ejus, 32. ab extremo (l) transituum ejus capti sint, et congregationes eorum incenduntur in igne, et viri ejus bellatores (m) egredientur. 33. Quia hæc dicit Dominus virtutum Deus Israelis: (n) Domus Babylonis sicut area (o) pinguis triturrabuntur: adhuc parum, et veniet (p) messis ejus. 34. Comedit me, + apprehendit me: (q), (r) divisit me: Nabuchodonosor rex Babylonis constituit me sicut vas vacuum, deglutivit me, sicut draco, implevit ventrem suum deliciis meis: 35. expulerunt me labores mei et (s) calamitates meæ in Babylonem, dicit habitatrix Sionis: et sanguis meus super habitatores Chaldæos, dicit Jerusalem. 36. Propter hoc hæc dicit Dominus: Ecce ego judicabo (t) adversariam tuam, et ulciscar ultionem tuam, et desolabo mare ejus, et arefaciam fontem ejus: 37. et erit Babel fontis

culi in habitaculum (u) draconum, in exitium, et in sibilum, non habitabitur. 38. (x) Simul sicut leones excitati sunt (y) servi eorum, et sicut catuli leonum. 39. In calore eorum dabo ✕ (y) τὸν: potum eis, et inebriabo eos, ut (z) re quasi cauponaria graventur, et dormiant somnum sempiternum, et non resurgant, dicit Dominus. 40. Descendere fac eos, sicut agnos ad mactationem, et sicut arietes (a) cum hædis. 41. Quomodo capta est ✕ Sisac: , et per venationem occupata est gloriatio omnis terræ? Quomodo facta est in exitium Babel in omnibus gentibus? 42. Ascendit super Babylonem mare, in sonitu fluctuum ejus oblecta est. 43. Factæ sunt urbes ejus ✕ (b) in corruptionem: , terra sine aqua, et non calcata, ✕ terra: , qua non habitabit in ea ne unus quidem ✕ homo: , neque divertet in eis filius hominis. 44. Et ulciscar super Bel in Babylone, et efferam (c) quæ absorpsit ex ore ejus, et non (d) congregabuntur ad eam amplius gentes: et ✕ quidem murus Babylonis cadet. 45. Exite e medio ejus, popule mi, et salvate unusquisque animam suam a furore iræ Domini, 46. ne forte consterneretur cor vestrum, et timoratis ob famam, quæ audietur in terra: et ingredietur in anno fama, et post annum fama, et injustitia in terra, (e) parabola super parabolam. 47. Propter hoc ecce dies veniunt, ✕ dicit Dominus: , et visitabo super sculptilia Babylonis: et omnis terra ejus pudore afficietur, et omnes occisi ejus cadent in medio ejus. 48. Et (f) lætabuntur super Babylonem cæli et terra, et omnia, quæ in eis; quia a septentrione venient ad eam (g) vexantes, dicit Dominus: et quidem in Babylone ad cadendum occisos Israelis: , 49. etiam in Babylone cadent occisi omnis terræ. 50. Salvi a (h) gladio, ite, et ne consistatis: recordamini, qui de longinquo, Domini: et Jerusalem ascendat super cor vestrum. 51. Erubimus, quia audivimus opprobrium nostrum: obtexit ignominia faciem nostram; quia intrarunt alienigenæ in sanctuaria nostra, in domum Domini. 52. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et ulciscar super sculptilia ejus, et in omni terra ejus (i) cadent occisi. 53. Quia si ascenderit Babel, sicut cælum, et si muniverit excelsum fortitudinis suæ; a me venient ei deletores, dicit Dominus. 54. Vox clamoris in Babylone, et confractio magna in terra Chaldæorum; 55. quia delevit Dominus Babylonem, et perdidit ex ea vocem magnam tumultuantem ✕ fluctus ejus: , sicut aquæ multæ, dederunt (k) deletionem vocem

(a) A., S., et jugum ejus. (b) A., S., Chaldææ. (c) A., corruptorem. (d) A., S., in exitis, quæ in sæculum eris. (e) A., S., in cornu. (f) A., Ararat, Minni, et Aschchenaz: præfite super eam. (g) Taphsar. S., electos. (h) A., S., bruchum. (i) A., שִׁירִים, vox mihi ignota, quam, si placet, conferas cum ἄλωτος, ἄλωτος, apud Castellum. [Liquido patet Syrum librarium mendose scripsisse Syris elementis Græcum Aquilæ verbum ἀπρωτεῖς, optimates. In textu igitur codicis nostri repone, לְאַרְסִיָּים, et omnia probe quadrabunt. DRACH.] S., commotionem. (k) S., et contremiscet terra, et parturiet. (l) A., et transitus occupati sint. S., paludes. (m) A., S., perturbati sunt. (n) A., S., filia. (o) A., tempus ad calcandum eam. (p) A., S., tempus messis. (q) A., erosit me. (r) Sicut tenebræ subtiles. (s) A., caro mea. (t) S., judicium tuum. (u) A., S., sirenum. (x) A., se acuent, ut catuli, rugient servi ejus. (y) אֲרִיִּים אֲרִיִּים אֲרִיִּים, excitati sunt, pro אֲרִיִּים אֲרִיִּים אֲרִיִּים excitatus est, legendum puto. (z) A., flumina. (a) S., debilitentur. (a) A., S., cum pilosis. (b) A., in contemtionem. (c) A., S., absorptionem ejus. (d) A., confluent. S., profluet. ΠΟΤΑΜΩΘΗΣΟΝΤΑΙ, in star fluminis concurrent. (e) A., dominator super dominatorem. (f) A., canent. (g) A., prædam agentes. (h) Terra. (i) A., gemet dum occiditur. (k) A., S., tumultus. Th., elatio.

ejus. 56. Quia venit super Babylonem (l) miseria : A inter murum et antemurale, quod erat ad hortum capti sunt pugnatōres ejus, tremit arcus eorum ; (m) quia Deus retribuit. 57. Dominus retribuet ei retributionem , et inebriabit ebrietate sapientes ejus, (n) et duces ejus, ✕ et rectores ejus ; , et p̄fectos ejus, et fortēs ejus, ✕ et dormient somnum sempiternum, et non excitabuntur ; , dicit rex Dominus, omnipotens nomen ei. 58. Hæc dixit Dominus : Murus Babylonis (o) dilatatus est, diruendo diruetur, et portæ ejus excelsæ ✕ in igne ; comburentur : et laborabunt populi (p) in vanum, et gentes in principio deficient. 59. Verbum, quod præcepit + Dominus ; Jeremiæ prophetæ, ut diceret Sarææ filio Nerææ filio Maasiæ, cum abiret (q) a Sedecia rege Judæ in Babylonem in anno quarto regni ejus : et Saræa princeps (r) donorum. 60. Et scripsit Jeremia omnia mala, quæ venient super Babylonem, in libro uno, omnia verba hæc scripta super Babylonem. 61. Et dixit Jeremia ad Saræam : Cum veneris in Babylonem, et videris, et legeris omnia verba hæc, 62. et dices : Domine, tu locutus es super locum hunc, ad delendum eum, et ut non sit in eo habitans ab homine usque ad jumentum ; quia exitum in sæculum erit. 63. Et erit, cum cessaveris legere librum hunc, et ligabis super eum lapidem, et projicies eum in medium Euphratis, 64. et dices : Sic submergetur Babel, et non resurget ab ante faciem malorum, quæ ego induco super eam. ✕ (s) Et steterunt hucusque verba Jeremiæ ; .

Cap. LII. — 1. Cum esset natus viginti et unum C annum Sedecia, regnum adiit, et undecim annis regnavit in Jerusalem : et nomen matri ejus Hamatul, filia Jeremiæ de Lobena. 2. ✕ Et fecit malum in oculis Domini, quemadmodum fecit Joacim. 3. Quia super furorem Domini erat Jerusalem, et Juda, usque dum projecit eos a facie sua, et elongavitæ Sedecia (t) a rege Babylonis ; . 4. Et factum est in anno nono regni ejus, in mense decimo, decimo mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, et omnis potentia ejus super Jerusalem, (u) et circumdedit eam fossa, et ædificavit cinxit eam oneribus lapidis circumcirca. 5. Et venit urbs (x) in angustiam usque ad annum undecimum regis Sedecia, 6. ✕ in mense quarto ; in nono mensis, et invaluit fames in urbe, et non erant panes populo terræ. 7. Et D disrupta est urbs, et omnes viri bellatores fugerunt, et exiverunt ex urbe nocte per viam portæ (y)

regis, et Chaldæi super urbe in circuito, et iverunt viam, ad (z) Araba. 8. Et persecuta est potentia Chaldæorum post regem, et apprehenderunt eum + regem Sedeciam ; (a) trans Jericho, (b) et omnes scrvi ejus dispersi sunt ab eo. 9. Et ceperunt regem, et duxerunt eum ad regem Babylonis in Deblatha terram Hamath : et locutus est ei cum judicio. 10. (c) Et jugulavit rex Babylonis filios Sedecia coram oculis ejus : et omnes principes Judæ jugulavit in Deblatha. 11. Et oculos Sedecia excæcavit, et ligavit eum (d) in compedibus : (e) et dedit eum in domum (f) pistrini, usque in diem, quo mortuus est. 12. Et in mense quinto, decimo mensis, ✕ hic annus decimus nonus Nabuchodonosoris regis Babylonis ; , venit Nabuzardan (g) princeps coquorum, stans ante faciem regis Babylonis, in Jerusalem : 13. et incendit domum Domini, et domum regis, (h) et omnes domos urbis, et omnem murum Jerusalem circumcirca destruxit ✕ omnis : potentia Chaldæorum, quæ cum principe coquorum. 15. ✕ De autem pauperibus populi, qui relicti fuerunt in urbe, et (i) deditios, qui se dediderunt ad regem Babylonis ; , et reliquos populi, reliquit Nabuzardan princeps coquorum : 16. ✕ et ex pauperibus terræ reliquit Nabuzardan princeps coquorum ; in operatores vinearum, (k) et in agricolas. 17. Et columnas æris, quæ in domo Domini, (l) et bases, et mare æris, quod in domo Domini, fregerrunt Chaldæi, et ceperunt ✕ omne : æs eorum in Babylonem : 18. ✕ (m) et cacabos, et (n) scopas ; , et coronam, et (o) phialas, et fuscinas carnis, et omnia vasa æris, quibus ministrabant in eis, ✕ sumserunt ; : 19. et (p) Saphoth, ✕ et (q) Mazmeroth, et (r) Mazracoth, et suffusoria, et candelabra ; , et paropsides, et pateras, quæ erant auri auri, et quæ erant argenti argenti, sumsit princeps coquorum. 20. Et columnæ duæ, et mare unum, et boves duodecim æris, ✕ isti ; qui erant (s) sub mari, quæ fecit rex Salomon in domum Domini, non erat pondus æris ✕ omnium vasorum horum ; : 21. et columnæ (t) triginta et quinque cubitorum altitudo columnæ unius, et filum duodecim cubitorum cingebatur eam, et crassities ejus quatuor digitorum (u) circumcirca : 22. (x) et epistylum super eis æris, et magnitudo epistylia unius quinque cubitorum :

(l) A., deprædans. (m) S., quia fortis remunerator Dominus. (n) A., S., et principes. (o) A., S., latus. (p) A., pro sufficientia vana, et familiæ pro sufficientia ignis. (q) A., S., cum. (r) S., super quiete. (s) A., S., et dissolventur. (t) S., a rege. (u) A., et castra metatus est super eam, et extruxit super eam jugum pulveris circumcirca. (x) S., in inclusionem. (y) A., inter duos muros. (z) A., plantitiei. S., non habitabilis. (a) A., in plantitiis. S., in deserto. (b) A., S., et omnis potentia ejus. (c) A., S., Th., et immolavit. (d) A., S., æris. (e) et duxit eum rex Babylonis in Babylonem. (f) visitationis. S., carceris. (g) A., lanionum princeps. (h) A., et omnes domos Jerusalem. (i) S., deditios sua sponte, qui deliderunt semelipsum. (k) A., et in pastores boum. Th., Gabim. (l) A., et fulcra. Heb., Machenoth. (m) A., S., et ollas. (n) A., forcipes, et scopas. S., forcipes et citharas. (o) A., S., paropsides. (p) ΣΑΦΟΘ. A., hydrias aquæ. S., phialas. (q) ΜΑΖΜΕΡΟΘ. A., S., et thuribula. (r) ΑΜΜΑΖΡΑΚΟΘ. A., S., et verucula, et palas. Th., et libatoria. (s) A., sub basibus. (t) A., S., octodecim. (u) A., S., cava : et capitella super ea æris, et altitudo capitelli unius quinque cubitorum : corona. ΚΡΟΚΥΦΑΝΤΩΤΟΝ. (x) S., caput columnæ super unaquaque ex eis. ΓΕΙΣΟΣ, epistylum.

et rete et malogranata (y) super epistyllo circumcirca omnia æris : et similiter his ea, quæ columnæ secundæ, + octo : malogranata cubito duodecim cubitis. 23. Et erant malogranata nonaginta et sex in uno (z) latere : et erant omnia malogranata centum super (a) rete circumcirca. 24. Et sumsit princeps coquorum Saræam sacerdotem primum, et Sophoniam sacerdotem secundum, et tres custodientes (b) viam. 25. Et ex urbe sumsit eunuchum unum, qui erat (c) præfectus virorum bellatorum, et septem viros (d) nominatos, qui coram facie regis, qui inventi sunt in urbe, et scribam ✕ principem : (e) virtutum, scribentem populum terræ, et sexaginta homines ex populo terræ, qui inventi sunt in medio urbis. 26. Et sumsit eos Nabuzardan princeps coquorum, et duxit eos ad regem Babylonis in Deblatham. 27. Et percussit eos rex Babylonis, ✕ et morte affecit eos : in Deblatha in terra Hamath, in demigravit Juda desuper terra sua. 28. Et hic populus, quem transportavit Nabuchodonosor in anno septimo : Judæos tria millia, et viginti et tres. 29. In anno octavo decimo Nabuchodonosor ✕ duxerunt : ex Jerusalem animas octingentas et triginta et duas. 30. In anno tertio et vigesimo Nabuchodonosor transportavit Nabuzardan, princeps coquorum, Judæorum animas septingentas, et quadraginta et quinque : omnes animæ quatuor millia et sexcentæ. 31. Et factum est in anno trigesimo et septimo, cum demigrasset (f) Joacim rex Judæ, in mense duodecimo, (g) in quarto et vigesimo mense, (h) (i) sumsit (k) Ulmerodach rex Babylonis, in anno, quo regnum adiit, caput (l) Joacim regis Judæ, et eduxit eum e domo, ubi custodiebatur : 32. et locutus est ei læta, et dedit solium ejus super solia regum, qui cum eo in Babilone : 33. et mutavit stolam carceris ejus : et comedebat panem ante faciem ejus semper omnibus diebus, quibus vixit. 34. (m) Et demensum ejus demensum semper dabatur ei a rege Babylonis de die in diem, usque ad diem, quo mortuus est, ✕ omnibus diebus vitæ ejus :

Finitus est Jeremia.

(y) A., super capitellis circumcirca. (z) A., S., posita. (a) A., corona. (b) A., S., portam. (c) A., stans. S., super viris. (d) S., ex iis, qui vident faciem regis. (e) A., militiæ. S., militariter exercentem. (f) A., Joachim. (g) A., in vigesimo et quinto. S., in quinto et vigesimo. (h) Reliqui, extulit. (i) Rasit. (k) A., Evilmedorach. (l) A., Joachim. (m) A., et cibus. TATH, cibus ordinatus.

ORDO RERUM

QUÆ IN TOMI XVI PARTE SECUNDA CONTINENTUR.

—
ORIGENES.

HEXAPLORUM QUÆ SUPERSUNT.

Proverbia.	1279	Jeremias.	1985
Ecclesiastes.	1491	Threni.	2275
Canticum Canticorum.	1567	Jeremiæ propheta e codice Syriaco-Hexa-	
Hesaias.	1611	plari.	3299

FINIS PARTIS SECUNDÆ TOMI DECIMI SEXTI.

182-2
100-02

Ex typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES



0046978739

281.1

M1

16²

NON-CIRCULATING

